

1. Decas quaestionum, in qua natura parentum secundo nubentian, novercarum et tota re bonorum maternorum, privilegiorum liberis ex priori matrimonio competenti materialiter adumbratur.
 2. de iurib⁹ liberorum Pr. G. A. Struv. R. M. Schrader.
 3. de unione prolium. Pr. G. A. Struv. R. G. v. Asseburg.
 4. de odio secundarum nuptiarum. Pr. P. Müller
R. A. Wege.
 5. de privilegiis mulierum. Pr. J. V. Beckmann. R. J. D.
- Feyerabend.
6. De jure matris circa liberos sanguinolentes.
Pr. I. F. Schröter R. J. F. Mustagk.
 7. de jure viduarum. Pr. I. F. Schröter. R. J. J. Meyer.
 8. de blanda mulierum rhetorica. Pr. G. Schiltz.
R. J. H. Stöcklard.
 9. de singulari serenissimi Electoris Saxonici eminentia. Pr. C. Ziegler. R. O. H. Pfleg.
 10. de effectu rei judicatae. Pr. D. Hassenig. R. C. Hempel.
 11. de Confiscatione statutaria. Pr. H. B. Roth. R. M. Biden cap.
12. de eo q̄ justum est circa domum cuiusque propriam et suam. Sc. Id. R. R. Siebeck.
 13. de remedio revisorio adversus sententias Camerae Imperiales R. Id. R. J. H. Alberth.
 14. De potestate dominii territorii. Pr. Id. R. Et relativa subditore obligatione. F. T. Klampring.

15. De jure stillicidii velgo Cranffraß. Pr. J.V.
Beckmann. R. I. T. Reisig.
16. De extrema provocatione ad confus. et innoc.
tribunal Iesu Christi in causis civilibus
et criminalibus. R. A. Cortreijg. R. I. G. Krolle.
17. de coortitione hereticorum. R. A. B. Carpzon
R. W. G. Pachalbl à Terberg.
18. de vagantibus schola stioris non fassenden
civibus. R. I. Thomasig. R. I. B. Mayer.
19. Iura circa religionis bispidum modernum.
Pr. H. Linck. I. Blume.
20. de pecunia custodia non operatiori, geldi.
R. I. Rakovig. R. I. Lemke.
21. de Karbo. R. I. Thomasig. R. I. Barthig.
22. de criminis maleficiorum causa et sanctorum.
R. I. V. Beckmann. R. I. C. Kober.
23. de eo si certum petatur. Pr. I. Norger. R. I. F. Thos.
24. de rebus creditis si certam petatur ex mato.
R. I. Schiller. R. I. F. Wolf.
25. de Iudeis. Pr. I. A. Struv. R. I. H. Neurlich.
26. de etiaria non faciuntur. T. Schröder.
27. Selectio aliquot positionum ex iure ciuilitan
publico qm privato tam ciibili quam canonico
ut et feudali ac militari communis parum
de monte deades tres. R. I. Widemann.
28. de fidei commissis universitatibus. R. C. Lykken
R. C. H. Muhlpfort.
29. de Beneficio competentiae. G. A. Struve R. C. Heiss.
30. de literis amatoris. P. Müller. R. I. Pretzner.

31. Nobilitas Calca. R. P. Homfeld. R. Werkbach.
32. de Conveniencia et Usu Legum. Pr. C.
F. Schröder. R. G. Rückoff.
33. Autodicer in Leibniz. R. P. Stuv. f. l. Bok.
34. Explicatio Tit. f. de administratione rerum
ad Civitates pertinentiam. Pr. Id. R. B. Bernegger.
35. de potestate eminenti Princeps in judicio. Pr. N.
E. Lyncker. R. W. G. Rabe.
36. Tentamen in exceptionem de morte sejura
regenerationis. Pr. J. Herzer. R. F. Jacobi.
37. de Pauliana. R. G. Stuv. R. J. H. Scheibler.
38. de purgatione morae. R. J. C. Falckner. R. B. Droy-
scherff.
39. de debito bonorum suffidio et obligacione. R. P. Müller
R. H. Gieden.
40. de Mochatra contracta. C. Ziegler. R. H. Gregorij.
41. de oppignoratione foudi. H. Hahn. R. H. C. Schoartmeier.
42. de voluntalibus. H. Corring. R. T. Thomae.
43. de jure condicendi, quodlibet prouidit. R. H. Linck.
R. J. S. Rader.
44. de molepidinis inspecie Bannariis. Georgius Müllg.
R. Müller.
45. de Fatalibz. R. C. Lyncker. R. J. F. Herzog.
46. de jure voluntario. R. S. Bryk. R. J. H. Albrecht.
47. de justia et jure. Pr. D. G. Matthiae et F. U. Heigel.
48. de diffidationibz. L. L. Schwenden-
dörffer. R. W. Homburg.

35.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
POTESTATE
EMINENTE PRINCIPIS
IN JUDICIO,

QUAM
PRINCipe PRINCIPUM ANNUENTE,
EX DECRETO ET AUTORITATE
ILLUSTRIS ICTORUM ORDINIS,
IN FLORENTISSIMA SALANA,
MODERATORE

VIRO MAGNIFICO ET EXCELLENTISSIMO,
DN. NICOLAO CHRISTOPHORO

LYNCKER O,

ICTO ET ANTECESSORE FAMIGERATISSIMO, SERE-
NISS. DUCUM SAXON. CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO, FACULTA-
TIS JURIDICÆ SENIORE, CURIÆ ITEM PROVINCIALIS ET SCABINATUS
ASSESSORE GRAVISSIMO, MERITISSIMO QVE &c. h.t.

DECANO SPECTATISSIMO,
DOMINO PROMOTORE, PATRONO ET FAUTORE SUMMO HONORIS ET
OBSERVANTIAE CULTU ÆTATEM SUSPICIENDO,

PRO LICENTIA

NOBILEM SUMMUMQVE DOCTORIS IN UTROQUE JURE GRADUM
ET PRIVILEGIA RITE ET MORE MAJORUM LEGITIME

C A P E S S E N D I

PUBLICO ET SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI SISTIT

VWOLFF GANGUS GEORGIUS Rabe/

Hal. Saxo.

KALEND. MAJI ÆRAE CHRISTIANÆ M. DC. LXXX.
IN ICTORUM ACROATERIO
TAM HORIS MATUTINIS QVAM POMERIDIANIS.

JENÆ, Typis MULLERIANIS.



Dicitatio[n]e[n] i[n] aucto[r]ia[n]e i[n] r[ati]o[n]e
POTESTATE
EMINENTI PRINCIPIS
IN JUDICIO
PRINCIPALI P[RI]NCIPALI A[DI]V[EN]TE
EX CER[TO]TATE A[DI]V[EN]TE
IN PROVINCIAM SALVAN[AM]
DNI NICOLAO CHRISTOPHORO
LINCERIO
I[UST]ICIA
PROFESSIONE
AVOCATUS GEGEN[RE]CHT
KAI[D] D. H[AN]S E. B[ER]NARDI
MAT HORIS



Q. R. S. E. F. F. Q. S.

DISPUTATIONIS INAUGURALIS
De
 POTESTATE EMINENTE
 PRINCIPIS IN JUDICIO.

Prae loquium.

Legenti Feliciter!

ON heri aut nudius tertius eam
 civilis prudentiæ particulam, quæ Ratio
 status dicitur, natam, neque Reip. exitio
 sam, sed & salutarem esse, & necessariam, &
 rationi rectæ, adeoque secundario, quod
 dicimus, Gentium Juri non modò conlén-
 taneam, sed & coævam luculentissimè apparet ex iis, quæ Ci-
 cero disputationes tot. off. L. 3. Quanquam enim non desint, qui
 eam ut impiam & execrabilem simpliciter damnent, imo
 quamvis quandoque in justitiæ patrocinio prætendatur Chri-
 stoph. Forstn. ad Tacit. 13. Annal. 41. p. 426. ideo tamen in se
 damnabilis non est. Nam & quilibet hæreticus sacræ scri-
 pturæ autoritate & furiosus gladio abutitur, neque ideo tamen
 minus & sacram scripturam in Ecclesia, & gladii usum in
 Rep. retinemus. In omnibus enim rebus, quarum abusus
 est, non usus rerum, sed libido utenti, in culpa est: can. 1. diss. 41.
 & si quod magnum exemplum iniqui quid contineret, illud

Hil

A. 201014 tamen

tamen teste *Tacit.* L. 14. annal. c. 44. in fin. contra singulos utilitate publicā rependitur. *Est autem vera status ratio in se & ex principiis suis considerata ferè nihil aliud, quām legitima ac justa exceptio à Regulā vel lege.* *Martin. Bæckel. de jure protest. client. p. 3. c. 7.* Imō sāpē ne exceptio quidem, sed ratio, quā inest ipsi Legi & Regula, non secūs atque ampliations, alīxque conclusiones themati suo insunt, cui subordinantur, aut ex quō deducuntur. Evidēt summam omnium in legum observantiā religionem inesse oportere, ajebat *Demosthenes apud Martianum in l. 1. ff. de Legib. adeo, ut lex naturae speciem, cuius inviolabilis omnino vis est, §. 1. f. de f. A. G. & C. haud absurdē ferre & repräsentare videatur.* *l. 23. ff. de lib. & posth.* Verū, quia natura nequaquam sui propositi usque quaque tenax est, quin interdum remissam in eō, & quasi connivētēt se præbeat, præsertim ubi de conservando communi rerum ordine ac totius universitatis nexu quōdam ac specie retinenda tractatur, ut ita mirabilis quādam œconomia naturae singula quāque universis posthabentis appareat; Ita prorsus in legibus nihil absurdum aut inconveniens videri debet, si à peculiari juris sanctionum religione interdum recedimus, sequtū ducum rationis diversa pro locorum, temporum & personarum diversitate præcipientis, quā communis legum omnium virtus & fundamentum est. Sed hoc nequaquam pañim & sine maximō delectu fieri debet, *l. 2. C. de LL. Soto de Just. L. 1. qv. 7. art. 1. vers. dum igitur.* majoremque usitatā ac vulgari prudētiā auctoritate nique desiderat. *l. 16. ibid. DD. ff. de LL.* Unde non alia magis in re præsentiore PRINCIPIS sapientis consilio Resp. indiget, ejusque fructum capiunt subjecta unius Imperio civitates, quām quod coecam & indocilem plerumque legum virtutem præsenti rerum usui temporumq; rationi pro EMINENTE, quām obtinet, POTESTATE IN JUDICIO accommodat.

Hinc



Hinc nemo fortean vitio mihi vertet, si thema hoc pra-
 fens de Potestate Eminentis Principis in iudicio, lauream docto-
 ralem promeriturus, Disputationis Inauguralis loco publica
 Doctorum censura submiserit. Neque enim eorum more,
 qui Placentini audient, eminentem hanc Principum pot-
 estatem hoc unicō, si libet licet, metior, neque mens est ad-
 verius sacra eorum capitā argutari, humilique summa vene-
 no lēdere, quod turbulentorū hominum, non civium est.
1.3.C. de crim. sacril. Sed singula, quæ lequentur, solius veri-
 tatis amore, quantum per alia negotia licuit, breviter expo-
 no, & lēsionis & famæ captandæ planē nescius. Omnia qui-
 dem hūc facientia non ofero, neque enim instituti id ratio
 postulat, neque hanc materiam altioris indaginis esse, & accu-
 ratōrem limam mereri diffitetur. Si igitur in his, quæ Ti-
 bi, edecumati candoris Lector, exhibeo, radicem rationis &
 medullam potius, quam verborum corticem obliteravero,
 secundūm *can. 64.C. 1. qu. 1.* autaliā in parte, Te Judice, erra-
 vero, humanitati, quam mecum communem geris, impu-
 tabis: quod, nisi feceris, indicabis, Te nec Judicem esse, nec
 hominem. Interea, cūm nihil benē geritur, cuius princi-
 piūm non decens est & amabile Deo, Veneror Principiūm
 sine principio, Divinum Numen, ut laboris nostri in-
 gressum instruat, progressum dirigat, eges-
 tatem, a sum fato benigniori compleat!



A 3 PAR-

A DE POTESTATE EMINENTE
PARTIS GENERALIS
C A P U T I.

Continet duplēm definitionem
& divisionem.

Q uamvis secundum Glossam ad rub. tit. solut. matrim.
disputationes verborum pertinacibus, & his, qui eo-
rum anatomias in deliciis dabent, relinquendæ sīnt,
quia tamen nomina & rēs ducēt sunt idea veritatis. Wissens-
bach. pref. ad iur. ff. de V. S. nolumus priorem plane negli-
gere, sed potius ne Andabatarum more pugnemus, exemplo
Philosophi Aristot. L. 4. Polit. 1. & JCti in l. 1. pr. ff. de J. & J.
quædam de verborum significatione & origine necessariō
præmittenda ducimus.

Cur non divitiis Crœsum superare potis sit.

& quatenus hic potentia opposita, acū accipitur, plura hoc
vocabulo significantur: In personā magistratus, Imperium,
Paulus in l. 215. de V. S. l. 13. de Juris d. & absolute posita in l. 3.
cod. quasi per excellentiam merum imperium, nec non per-
sona, cui imperium competit. Juvenal. Sat. X. v. 99.

Hujus, qui trahitur prætextam sumere, mār̄s,
An Fidenarum Gabiorumque ēsse potestas.

& cujus, teste Sveton. in Claud. c. 23. eadem fuit cognoscendi
facultas in provinciis, que Magistratum Romæ; in perso-
na

PRINCIPIS IN JUDICIO.PART GEN.CAP.I. 7

na liberorum patria potestas, in personā servi Dominiūm,
d.l. 215. d.v.s. ibid. Gadd. communiter denotat facultatem,
 quā quis ad efficiendum aliquid pollet, tum in se, quā liber-
 tas dicitur, tum in alios: Et hanc facultatem *Hugo Crotius*
 novitatem quadam pereruditā & penē necessariā rursus du-
 plicem fecit: *Vulgarem*, sc. quā ulti particularis caula com-
 parata est, & *Eminentem*, quā superior est jure utlgari & Ma-
 jestati competit boni communis caula, in immortali opere de
J.B. & P.L. c. 1. § 5. &c. Hanc igitur potestatem eminentem
 hujus loci esse nulli non ex inscriptione patet. Dicitur alias
 Majestas, potestatis plenitudo, summa potestas, absoluta & su-
 prema potestas, Imperium, Jurisdiction: nobis pro diversitate
 subjecti de quo vid. §. 3. Kaiserliche Macht und Vollkommen-
 heit / item Landes Fürstl. Hoheit / Landes hohe Obrigkeit oder
 Landes Ober und Herrlichkeit.

§. III. Princeps (Græcis ἄρχος, dñm της αρχῆς vel μα-
 ερχόμενος i.e. Jugannētus uel regnans, Latinis à princi-
 pio, quod primus omnium dominetur, seu quasi princeps
 h. e. primum caput,) vel maxime dicitur, qui in Repub. non
 recognoscit superiorem, s. cuius actus alterius juri non sub-
 sunt, ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti possint
 reddi, *Grot. de Jur. B. & Pac. L. 1. c. 3. §. 7.* sic Imp. Romanus
 Princeps dicitur per *l. 31. de LL. l. 1. & tot. tit. de constit. Princeps*
 & adhuc hodie præmitti solet Principis nomen in tit. Imper-
 ratoris, ac literæ ita inscribi solent, dem Aller durchlauchtigsten re.
 Fürsten N. erwehltēm Römischen Kaiserl. Reink. de R. S. & E.
L. 1. Class. 4. c. 8. n. 4. quod est ab instituto Augusti Tacit. Annal.
L. 1. c. 1. & usū passim apud Scriptores classicos politicosque
 obtinuit, ut primario vocem Principis assignent ei, qui solus
 vera Majestate pollet, i. e. Monarchæ: Nos tamen hoc loco
 non minus eos intelligimus, qui in statu Polyarchico sum-
 mā rerum tenent: sive optimates fuerint in Aristocracia;

sive



DE POTESTATE EMINENTE
sive universitas Populi in statu populari. Quin & eos nomine
Principum accipimus, qui non summam quidem, interim
subordinatam & tamen in territoriis suis assimilatam summæ
potestatem habent: quales sunt in Imperio Röm. Germanico
Status & Immediati justo Territorio & in eo superioritate
Territoriali gaudentes.

§. IV. Cuicunque igitur hæc facultas moralis com-
petit, Remp. gubernat vel per se, vel per alium, e.g. legatum
Magistratum &c. Per se versatur vel circa universalia, vel
circa singularia. Circa universalia, condendō tollendōve
leges tam circa sacra, quam circa profana. Singularia circa
quæ versatur, sunt aut directe publica, aut privata quidem, sed
quatenus ad publicum ordinantur. Directe publica sunt a-
ctiones pacis, belli, foederum &c. aut res, ut vectigalia &c. Pri-
vata sunt res controversæ inter singulos seu judicia rem ita di-
sponente H. Grot. de Jur. B. & P. L. 1. c. 3. §. 6. ibique Bæcl. in
Comm. p. 200. & hæc sibi vindicat pars illa potestatis Civilis, quæ
ab Aristotele Polit. L. 4. c. 4. & 14. et L. 7. c. 8. διασην appellatur.

§. V. Estque duplex: *Alia ordinaria*, quâ Princeps,
(cujus officii erga subiectos sibi populos præcipua pars est cu-
ra justitiæ, Christoph. Forstn. ad Tacit. 13. annal. 4. p. 35. 4.) vel ipse
secundum leges præscriptas Civibus Jus reddit, (sic Augustus
Cæsar, Sveton. in Aug. c. 33. Tiberius teste Tacit. 1. Annal. 75.
Claudius, Sveton. in Claud. Trajanus, Plin. in paneg. aliq. jus
dixisse memorantur,) vel per Magistratus & judices, quos
ipse judicat: Magnif. Dn D. Joachim. Martin. Universitath/ SE-
RENISSIMI PATRIS PATRIÆ, AUGUSTI, in Ar-
chiepiscopatu Magdeburgensi Cancellarius & Consiliarius Inti-
mus, in Padia Jurispr. c. 6. §. 4. p. 16. imo intuitu hujus ordi-
nariæ potestatis sèpius se sponte Legibus propriis accommo-
dat, exemplo laudabili Imp. Theodosii & Valentiniani in

l. 4. C.



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. GEN. CAPI. 9

1. 4. C. de Leg. & Divi Pertinacis in §. ult. 3. quib. mod. testam.
infirm. Alia extraordinaria, absoluta s. eminens, quā legibus
interim depositis libere procedit. Et hanc Pet. Ant. de Pe-
tra de Jur. quae non toll. per Princ. cap. 3. qu. 2. n. 1. & 2. rursus
dividit in eam, quae facti clypeo duntaxat tegitur, & sine causā
& ratione, à sola & nudā voluntate Principis regulatur, iisque,
quae sunt Juris Divini, Naturalis & Gentium repugnat; Sed hæc
species est æquivoca & impropria, magisq; tempestatis, quā
potestatis plenitudo dici meretur, & huc non pertinet: cum
posse malum non sit posse, sed potius non posse, ut ait *Glossa*
ult. in Extrav. un. de dolo. adde l. 15. ff. de cond. instit. Et in e-
am, quā Princeps publica utilitatis causa in dirimendis contro-
versiis civium à regulis juris communis nonnunquam recedit,
quippe cujus intuitu multa permittuntur, quae alias prohibita
sunt. l. 51. in ff. ad L. Aquit. Utilitas enim (*testa Horatio 1.*
serm. 3.) habetur justi prope mater & æqui. Et hæc demum
potestas instituto nostro propria est, ac proinde eam ita de-
scribimus. Potestas eminens Principis in Judicio est facultas mo-
ralis res controversas civium extra ordinem cognoscendi &
dirimendi, boni publici causa, ei comprehendens, qui non recognoscit su-
periorem in Rep. competens.

CAPUT II.

Exhibit originem & causarum enumerationem.

§. I.

Dari talēm Principis potestatē extra dubium est. Nam
cū Supremus arbiter rerum creatarum omniū in so-
cialem homini naturam dederat, auctō genere huma-
nō & familiarum numero indies crescente, societates civiles
constitutæ sunt, & crevit simul discordia hominum, quibus

B differ-



10 DE POTESTATE EMINENTE

dissentire naturaliter inest, l. 10. §. 6. ff. de recept. arbit. Sed quia nulla res est, quæ civium inter se consensum magis turbet, quam litium multitudo; societas, nisi sint, qui curam earum haberent, & discordes civium animos ad unitatē quasi reducerent, neque persistere, neque cura hæc sine potestate explicari posset. Deus igitur unum plurēsve, qui æquitate constituendā summos cum infimis pari jure retineant, constituit, illōsque simul tantā potestate, quanta ad conservationem Reip. necessaria, aut ex naturā societatis alias requiri videbatur, instrūcos voluit. Hinc patet, Principis potestatem in Rep. verè à Deo & natura ordinatione procedere, hancq; nostram sententiam tam divini, quam humani Juris testimonia abunde probant. Sic enim Deus Dan. 2, 21. Deus & deponit & instituit Reges. Prov. 8, 15. per me Principes regnant. & Rom. 13, 1. omnis potestas à Deo dicitur. Sic Imperator Justinianus à cœlesti Majestate Imperium sibi traditum asserit l. i. pr. C. de V. J. E. & Maximilianus I. R. J. de an. 1495. sub Tit. Reformation das heimliche Gericht in Westphalen betreffend. §. Chr. würdige ibi: Nachdem Wir von der Gnade Gottes zu der Höh he Röm. Königl. Würde ic. Reink. d. R. S. & E. L. i. Clas. i. cap. 2. Hortet. L. i. von II. des D. Kr. c. 2. n. 6. & 7.

§. II. Quibus non repugnat, quod per populi electionem, spontaneam subjectionem, aliisque modos summa potestas in Republicā in personam sive naturalem, sive moralē transferatur Grotius de J. B. & P. L. i. c. 3. §. 8. Sic apud Romanos per legem Regiam populus omne Jus suum Principi & in Principē transtulisse dicitur L. i. pr. ff. de constit. Princip. Nam electio est modus imperium consequendi. At distinctionissima sunt modus rei acquirendæ & causa ejusdem: Est enim & existit res, antequam acquiratur, quæ nisi existeret, nullo modo acquiri posset. Dn. Fritsch, Ex. Jur. pub. p. 3. Ex. 10. t. b. 32. Ergo Populus Imperii causa non est, sed solus Deus, qui

Popu-



PRIN CIPIS IN JUDICIO.PART. GEN:CAP. II. §.

Populum eō dirigit, ut certam personam tantam eligat, designetque, cui illud applicandum est. *Scriptor Anonymus in Microscop. Statistico L. 1. c. 1. §. 3.* Ut ut ergo potestatem designandi vel eligendi personas Populo sive communilitati non denegamus, negamus tamen personas illas designatas velellitas potestatem gubernandi à populo accipere, sed firmiter asserimus, Deum certis illis hominibus, qui à Populo sunt deputati ad regnandum, potestatem Regiam immediate conferre. Ut enim, qui speculum soli exponit, ut radios reflecat, non lumen speculo, sed speculum lumini applicat, quod scilicet immediate à sole in speculum influit: & quemadmodum Populus eligendo pastorem, non confert potestatem docendi, solvendi & ligandi, administrandi sacramenta &c. quæ ministro Ecclesia competit, nec conferre potest, quia scilicet eam nunquam habet ipse, sed personam eleam potestati à Deo immediate proficilenti applicat, eamque ad potestatis exercitium destinat: Pari etiam ratione Populus potestatem imperandi, quam ipse non habet, Principi quoque dare non potest: Potest autem designare personam, & applicare eam illi potestati, quam Deus persona ita eleat immediate conferre decrevit: uti rur graphicè explicat *Dn. Ziegel. in Not. ad H. Grot. L. 1. c. 3. §. 7. p. 126.*

§. III. Tribuimus hanc potestatem Principi (*vid. §. 3.*) cuius actus alterius juri non subsunt, ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrii irriti possint reddi, *H. Grot. de Jur. B. & P. L. 1. c. 3. §. 7.* aut quod in Judicio fere idem est, à quô provocari non potest: Sic in Imperio nostrô Romano - Germanico propriæ & principaliter Imperatori competit. *Aur. Bull. Tit. 3. verb. auch ans Vollkommenheit Kaiserl. Gewalts ic. Recess. Imper. de anno 1530. §. 3.* Nachdem auch 63. verb. Demnach sezen/ ordnen / wollen und meinen Wir/ aus rechtem Wissen/ Kaiserli/ her Macht und Vollkommenheit / daß alle und iede Ord-



12 DE POTESTATE EMINENTE NLR
nung/Statut und Satzung und Freyheiten deshalbem (intellige
Erbund ewige Zinsen abzulösen) gemacht/erlangt/und ausge-
gangen/oder künftiglich gemacht/erlangt/und ausgebracht werden
möchten/ab/todt/krafftlos/und nichtig seyn sollen/wie wir auch
hiermit Krafft Römischer Käyserlicher Macht und Voll-
kommenheit ic. Vid. etiam R. II. de an. 1544. §. 82. ibi: Als Wir
aber in der Handlung befinden/dass zwischen Thnen igo allhier die
Vergleichung solcher Articul aus vielen fürgewendten Ursachen
und Verhinderungen nicht endlich zuverlangen/und aber die Stän-
de der Augspurgischen Confession verwandt/Uns dieselbige drey
Articul heimgestellt/die andern aber aus vielfältig angezeigten Ur-
sachen solches nicht thun könnten/und gleichwohl sich gegen Uns/da-
mit Friede/Ruhe und Einigkeit im H. Reich Teutscher Nation
möchte erhalten werden/in Unterthänigkeit vernehmen haben lassen/
da Wir für Uns selbst und aus Unserer Käyserlicher Macht
und Vollkommenheit Ordnung darin fürnehmen und geben
würden/dass Sie solches geschehen lassen/und dulden müssen/und
in demselbigen Uns kein Ziel und Maß zusezen wüsten ic. Pra-
gäher Friedens-Schlus s. u. verb. Und behalten Ihre Käy-
serliche Majest, für Sich/und Dero Nachkommen am Reich/als
Oberhaupt/Thr/auff den Fall der Nicht-Vergleichung oder wei-
teren Streitigkeiten die gebührende Hohheit und Jurisdiction und
die streitige Fälle zwischen denen Partheyen billig bevor. Mi-
nus principaliter & analogice Electoribus & Statibus Imperii
alias quoque summa potestas in territoriis tribuitur die Land
des Fürstl. Hohheit oder hohe Obrigkeit; in Civitatibus Im-
perialibus die Landeshohe Obrigkeit vel Landes Ober- und
Herrlichkeit / quæ quidem Superioritas maxim'e se exerit in
Potestate illa eminente in Judicio, quatenus vel ab iis provo-
cari non potest, vel provocatio ritè interposita effici desti-
tuitur.

tutur. Quanquam prius fiat *duplici ratione*, vel in genere ob conditionem cause in judicium deducta; quod adeo huc non pertinet, cum ex potestate eminenti non pendeat, sed aliis quoque judiciis inferioribus debeatur: vel ob privilegium.

§. IV. Ob conditionem cause iterum (1.) vel ob qualitatem & simpliciter non admittunt appellationem, ut possessorum momentaneum seu summarissimum, tum Jure Civili l. i. C. si de moment. poss. fuer. appell. tum Camerali, Gail. L. i. obs. 7. n. 7. Mynsing. Cene. 6. obs. 13. n. 7. (tām quoad effēctum suspensivum, quam devolutivum, *Magnificus Dn. Praes* Patronus & Promotor summē de venerandus, in Tr. de Grav. Extraj. c. 3. §. 6. n. 8.) tum Saxonico, Carpzov. Jurispr. Forens. P. i. Conf. 19. d. 24. id L. i. Rep. 13. n. 24. ubi & limitationes. Causa executionis, & usu fori Saxonici cause criminales in processu inquisitorio, & similes. Illustris Dn. Struvius Praceptor ac Patronus filiali observantia ad urnam usque colendus Syntag. 7. C. Exerc. 50. th. 4. vel (2.) ob quantitatem seu summan: Velut in supremis Imperii Dicasteriis olim appellationes ab inferioribus Judiciis non recipiebantur, nisi summa quinquaginta florenos excessisset, C. & Ord. P. 2. Tit. 28. §. 4. qua summa postea ad centum & quinquaginta R. L. de anno 1570. §. 66. Alio Vir deann. & R. Deput. Spirens anno 1500. §. 14. verb. Derewegen dann ut. ad trecentos florenos, Schwanemann. Proc. Cameral. L. 2. c. 1. n. 14. & Diff. Jur. Civ. & Camer. 34. n. 415. atque deinde ad summam quadringentorum imperialium adauita est R. L. de anno 1654. §. 112.

§. V. Ob privilegium olim non provocabatur ab Electoribus, Aur. Bull. tit. ii. nisi in casu denegatae iustitiae C. & Ord. P. 2. Tit. 26. §. 2. in fin. postea hoc privilegium contraria consuetudine ita inumbratum, ut præter Electorem Saxoniae & Brandenburgensem, utpote qui illud in continuo usu

B. 3. &



& observantiā conservārunt, in cōteris Electoribus plane cessaverit; donec singuli & quidem ad certam summam nova de non appellandō privilegia ab Imperatore obtinuerint: ceu quidem ea *Limneus in Jur. Publ. sub Electoribus exhibet: actandem in Comitiis Ratisbonensibus de anno 1653.* & 1654. Imperator se illis pro re natā privilegia de non appellando ampliaturum esse, promitteret. *vid. R. A. de anno 1654.* §. Und stehet diesem nacht *Jünftens.* 15. ibi: *Chur-Fürsten und Ständen.* Utu jam ante privilegia illimitata Electoribus quibusdam Trevirensi & Palatino Ferdinandus III. Imperator in annis 1653. & 1652. concessisset, & Moguntino simile d. 30. April. 1654. impertitus esset. Quin & hodiē aliis præter Elecōres in Imperio illimitata privilegia competunt, quos ex Tabulā illā, quæ Spiræ ex præceptō Imperatoriō d. R. A. de anno 1654. §. 111. suspendi debuit, ut & ex *Wehnero in Tom. VII. Sympbor. Mylero ad Rumelin.* & aliis cognoscere licet. Illud vero eximum est, quod Saxonicum de non appellandō privilegium jam olim ad Serenissimos Saxoniæ Duces extensem fuerit. *Carpzov. Proc. Civ. Tit. 18. §. 2. n. 9.* & prolixè in *discursu de Jur. ac privil. Elec. & Duc. Sax. de non appell.* unāque cum appellatione querelam nullitatis & supplicationem excludat. *Carpzov. Proc. Civ. d. 1. not. 1. n. 10. seqq.* qui tamen contrarium tuerit in *Jurispr. For. P. 1. Conf. 20. D. 23.* & 24.

§. VI. Nonnunquam appellatio rite interposita factō impeditur & effectu caret, quod obiter noto, nam hoc facti plurimum habet. Cum enim litigantes appellationis causam principalē, maximē in Camera non cito decisumiri ex tot aliorum exemplis & damnis prudenter colligunt, uterque interim possessionis commodo inhiat, & appellatus quidem sāpius attentat, imò haud rarò ipse Judex inferior sententiam, quam sovet tanquam fœtum ex se genitum, autoritatis sūx fiduciā vel exequitur, vel nondum decisā

P R I N C I P I S I N J U D I C I O . P A R T . G E N . C A P . I I .
cīsā causā principali attentata appellati revocari non facile^{re},
patitur; Appellans verò secundum cautelam *Gailii L. i. obs.* 149. n. 6. traditam magis attentatorum revocationi, quam
causa principali invigilat, quod, si attentata notoria sint (non
obstante *Ord. Cam. P. 3. Tit. 31. §. 14.* ubi utramque simul cau-
sam tractari voluit) omnino liberum esse, latè deducit *Tho-
mas Michael in Relatione pro Assessoretu ap. Klock. Vot. Cameral.*
“Relat. 1. n. 66. Ponamus igitur, quod Judex inferior senten-
tia Camerae attentata revocanti non pareat, & Princeps, ad
quem cura istius Circuli pertinet, executionem sibi deman-
datam metu posterioris detrectet, utraque causa indecisa re-
linquetur, & sanè reipsā idem erit, ac si Princeps inferior prō
eminenti, quā verē destituitur, potestate judicaverit Quod in
causā arduā accidisse refert *Ludolph. Hugo in Consult. de abus.*
appell. toth. P. 1. c. 7 p. 30.

§. VII. Vidimus haecen subiectum activum: In passi-
vō ex naturā relatorum requirimus parendi necessitatē, quæ
est in subditis, sive sint Clerici, Cacherae, Dec. Pedem. 30. n. 5. &
integro *Tract. Henning. Arnis aus de subiect. & exempt. Cler.*
præfert. c. 3. sive laici Non peregrini, ob l. f. ff. de Jurisd. nisi
pro tempore, quō in territorio commorantur, c. 2. dist. 8. c. 11. dist.
12. aut aliter foro subiecti sunt. Sic enim subditi temporarii
sunt & legibus loci subjiciuntur, *Grot. de Jur. B. & P. L. 2. c. 11.*
n. 5. & per consequens Princeps ejus loci in eos sententiam di-
cere poterit: Si tamen pro cā, quā pollet potestate à regulā &
Civium Jure communi recesserit, æquissimè Jus tale usurpa-
tum aduersus eum, ejusque subditos retorqueri solet, ut pro-
portio actionum & Jurium inter urasq; civitates observetur *arg.*
l. 1. ff. quod quis q; jur. in al. (2.) Sive sint immediati, sive mediati;
Non obstante Judicis inferioris Jurisdictione, quia eam non pri-
vativè sed cumulative concessisse præsumitur *l. f. C. de Jurisd.*
omn. Jud. ibid. Brunnem. num. 5. & omnium partes, qui Jus di-
cunt,



cunt, ad eum pertinent, arg. l. 7. §. f. l. 8. l. 9. ff. de off. Procons. Quod si tamen inferiori Jurisdictio Feudi nomine coepit, ita Dominum directum penitus se jurisdictione abdicasse statuunt plerique, ut immiscere jurisdictioni Vasalli in causis subditorum ejus se non possit Dominus, Myns. Cent. 6. obs. 99. Matth. Coler. de Proc. Exec. P. 2. c. 1. n. 158. Menoch. L. 2. pref. 18. Albertus Brun. Cons. feud. 47. n. 7. quibus subscribunt Carpzon. Jurisprud. For. P. 1. C. 27. D. 11. & Brunnem. ad d. l. f. n. 6. quia scilicet hoc casu vasallus habet utile Ius in Jurisdictione & territorio, quod directo preferendum. Egid. Boss. Tr. de Metall. & Argentif. n. 11. Minus tamen recte: Sicuti enim alias in qualibet infeudatione & quolibet juramento censetur excepta autoritas super oris, Bocer. de Jurisdict. c. 8. n. 34. Ita etiam Princeps investiendo aliquem de Jurisdictione non videtur se ipsum simpliciter omni directione juris dicendi privasse, quin potius subordinata censembitur vasalli Jurisdictione. Illustris Dn. Struvius Syntagma J. F. c. 6. aph. 18. n. 6. Neque etiam Imperator, licet Status non modo Vasalli sed & subditi ejus & Imperii sint, ad se pertrahere potest causas in Judiciis ipsorum pendentes: Estque falsissima traditio illa quorundam, quod quando Imperator in Status cuiusdam territorium veniat Jurisdictione Status quiescat: ap. Knipschild. L. 2. de Jur. Civ. Imp. c. 33. n. 4. 5. siquidem quo ad utilitatem & exercitium Jurisdictionis eam Imperator Statibus abdicative contulit: Excepta unicâ supremâ illâ & reservata Iurisdictione, quâ non tantum intercedit in casu denegatae justitiae. N. A. de anno 1529. §. Und nachdem ic. sed eadem quoque utitur per ordinem instantiarum, nec non in causis, quibus Fori supremi Jurisdictione Legibus publicis fundata est, conf. Knipschild. d. l. n. 11. seqq. Proinde verior est sententia Reinckii L. 1. de R. S. & E. Class. s. c. 7. n. 6. 21. seqq. qui post alios recedit eos, qui cumulativam concessionem docuerunt. vid. Ord. Cam. de anno 1495. rubr. Die Unterthanen in ihren ordentlichen

PRINCIPIS IN JUCIDIO.PART. GEN.CAP.II.

17

lichen Gerichten bleiben zu lassen. *Reform. Worm. de anno 1521.*
tit. 30. C. G. Ord. P. 2. Tit. 1. §. 1. & Tit. 8. §. 15. Tum
 & præcipue *Capit. Car. V. art. 15. atque Ferdinandi I. Imp. Art.*
14. ibi: Mit rechten oder gütlichen Zageleistungen von ihren or-
 dentlichen Richtern nicht dringen/erfordern/ noch vorbescheiden ic.
 & in *Cap. Ferdinandi III. art. 17.* bevorab auch bey der ersten in-
 stanz. novissime *Imp. Invictissimi Dn. LEOPOLDI, art. 18. ibi:*
 Die Stände und dero Unterthanen von ihren ordentlichen Rich-
 tern nicht dringen/erfordern/oder vorbescheiden ic. & porro: Und
 keinen mit Commissionen/Mandaten und andern Verordnu-
 gen darwieder beschweren oder eingreissen/ noch auch durch den
 Reichs-Hofsrath und das Cammer-Gericht eingreissen las-
 sen. Consonat die R. H. Ord. *Ferdinandi III. Tit. 2. §.*
 Wir befehlen auch. *ibi:* In Erläutnis der processi. sich des-
 sen gemeinen Rechten/ Reichs-Abschieden und wohlverordne-
 ten Satzungen ohne Verleugnung der Stände privilegii gemäß
 verhalten. Quæ posteriora licet nova sint, tamen quia Le-
 gibus & Constitutionibus antecedentibus & Ordin. Imperii
 congruunt, viderit *Modestinus Pistoris*, quā ratione consu-
 luerit in *Vol. I. Conf. 30.* Da von der Käyserl. Majest. Commissarien
 erlanget würden/ achte ich davor/ dass denn die N. obwohl
 nicht unterlassen würden/ sich zu unterstehen/ forum zu declini-
 ren/ dennoch zu Recht mit solcher exception nicht fort kommen
 möchten/ sondern derselben unerachtet vor den Käyserl. Com-
 missarien zustehen und sich einzulassen schuldig. Eadem planē
 ratione Imperator causas Ordinum Imperii, exclusis Au-
 stregis, in primâ instantia ad Aulam suam trahere non po-
 test, in denen nach der Cammer-Gerichts Ordnung bestimmten
 Ausstrâgens-Fällen die Ausstrâge fürbey gehen/ und gleich in
 primâ instantia darinne cognosciren. *Rosenthal. de Feud. c.*
12. Conc. 1. n. 35. Linn. Jur. Pub. L. 6. c. 5. n. 32. ne quoad in-
 instantias deterioris sint conditionis immediati quām medi-

C

ati:



18. DE POTESTATE EMINENTE.
ati: & cum Camera, quæ Revisioni & Syndicatu subjecta
est, (Ord. Cam. P. 3. Tit. 51. verb. ob aber einige Parthey / &c.)
ab Austregarum cognitione excluditur, excludi magis me-
retur Aula Cæsarea, quæ hæcce remedia non admittit, præ-
primis cum Austregarum Judices ab Imperatore & Statibus
per viam contractus sint constituti, Ord. Cam. P. 3. Tit. ult.
ut perinde Imperator contraactui contravenire nequeat.
Quod firmat Decretum Rudolphi II. quod Aulae suæ Præsidi
Anno 1596. d. 1. Jul. insinuari curavit, verb. Die Käyserl.
Majest. kan neben andern nicht sehen / warum / und zu was
Ende es gut und fürträchtlich sey / daß ohne sondere Notdurft
und Ursachen / die in Reichs-Abschieden und Ordnungen be-
griessene instantien überschritten / und von dem Kaiser-Gerich-
te labefaciret werden; Hingegen Ihre Majest. und Käyserl. Re-
gierung schwere Behelligung anwachsen mögen. adde Reink.
de R. S. & E. L. 2. Cl. 2. c. 16. n. 10. Georg. Schubb. Tr. de Au-
streg. c. 2. ubi n. 77. ad rationes contrarias, quas sovet Pauer-
meist. de Jurisd. L. 2. c. 4. n. 133. seqq. exactè respondet, &
quamvis hæc controversia diu multumque antea agitata
fuerit, hodie tamen extra aleam disputationis posita est,
per Instrum. Pac. Art. 5. §. 5. ibi: Cæterum in Aulico non mi-
nus quam in Cam. Imp. Judicio privilegium primæ Instan-
tiæ, AUSTREGARUM JURA, & privilegia de non ap-
pellando Statibus Imperii illibata sunt, nec per manda-
ta aut commissiones aut avocationes aut quovis allo modo
turbantur. adde Capit. Invictissimi Imperat. Dn. LEOPOL-
DI art. 18.

§. 11X. Versatur hæc potestas eminens quoad Ob-
jectum, circa Judicium, (vid. sup. §. 4.) non modo con-
tentiosum, quod nihil aliud est, quam legitima disceptatio
causæ quæ sit ex parte auctoris & rei apud Judicem, litis fini-
endæ gratiæ. Cujac. in Parat. C. de Jud. Anton. Matth. Tr. de
Jud.



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. GEN. CAP. II. 190

Jud. c. 1. aph. 1. verū & totam Juris dicendi rationem, ubicunque potestas causas sive Civiles sive Criminales, & quidem cuiuslibet generis dijudicandi deprehenditur.

§. IX. Ad Formam Potestatis nostræ requiritur ut eminenſis sit, i.e. ut alterius voluntatis humanæ arbitrio non possit mutari. Alterius cùm dico, cum Grot. de J. B. & P. L. 1 c. 3. §. 7. ipsum excludo, suam enim voluntatem mutare potest, & à Legibus recedere; imò, ut ab iis recedat, sapientia officii ratio monet & urget. Nam cum expeditat Reip. posthabitis legibus saluti illius parendum, & dormitant hodie leges, dicendum est; Utque profanæ superbiæ est, ubique negligere avitam prudentiam, sic foret vanissimum reverentia genus, quod Principem perpetuo Majorum institutis velit addicere. Christoph. Forstn. ad Tacit. L. 6. Annal. c. 30. p. 700. ubi in exemplum adducit Arbenenses, qui in sanctius orariorum mille talenta se posuerunt, sanctità capitis pœna, si quis de eà pecunia eroganda censuisset. At iidem accepta in Siciliâ ingenti clade ad exercemas deducti necessitates antiquatâ lege, contrahendis copiis & instruenda classi pecuniam illam omnem insumpserunt, teste Thucyd. L. 8. Ideò enim Princeps humanis rebus à Deo præpositus est, ut possit ea, quæ noviter contingunt, & emendare & exponere mediis & regulis competentibus, l. 2. §. 18. C. de V. J. E. & pro re natâ leges anteā utiles jam vel plane tollere, vel in certâ facie specie earum vim restringere, eaque, quæ Reip. verisimiliter nocitura videntur, aut in ipsis cineribus extingue-re, aut anteverttere. Quibus consentit Imperator in Nov. 98. pref. varia negotia, inquiens, gubernativâ prudentiâ indigent, & Pontifex c. 8. X. de consang. & affin. ibi: non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim cum



200 DE POTESTATE EMINENTE

urgens necessitas & evidens utilitas id exposcit &c. quæ facultas à legibus recedendi magistratui inferiori minime competit, de quō *Plato L. 4. de leg. interitum*, inquit, video paratum illi civitati, in quā non lex Magistratibus, sed Magistratūs legi dominantur.

§. X. Nullaque alia causa fuit Romanis, quod præter summam potestatem Lege Regiā in Principem translatam, cuius etiamnum hodiē in urbe Romā de Imperio Vespasiani Imp. sequens monumentum in æs incilum extare refert *Jacob. Godofred. in Orat. Polst. 1. p. 38.*

Utique quæunque ex usu Reip. Majestate divinarum humanarum, publicarum, privatarumque rerum esse censem, ei agere jus potestasque sit, ita uti Dīvo Aug. Tiberioque Julio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico fuit.

aliò & plane distincto ejusdem legis Regiæ capite de Majestate legibus solutâ seu de Augusto privilegiō disposuerit, quominus Sacratissimorum Imperatorum sententiae & statūs publici consilia impedirentur. Cujus tenorem distincte proponit Ulpianus in l. 31. ff. de leg. & mirum sane quantum in hujus legis interpretatione DD. variant.

§. XI. Sunt enim, (ut fieri solet) qui Principes Romanos infra Majestatem suam nimio plus depriment, & paucis syllogismis omnium Regum scepta lacessunt, quod instar sacrilegii est, l. 2. C. de crim. sacrileg. l. 5. C. de divers. rescript. adeoque periculosa horum curiositatem nunquam sibi placuisse recte dicit *Christoph. Forstn. ad Tacit. L. 3. Annal. c. 26. p. 427.* Sunt contra, qui eam per adulatio-
nen plus & quō efferrunt, vanosque honores nec honores Principi induunt, quod non sacrilegii instar, verum sacrilegium omnino est. Inter hos sunt, qui excussis omnibus omnium legum repagulis sacratissimam potestatem Principum



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. GEN. CAP. II. 21
cipum Romanorum turpissimô hòc elogîo : Nescis te Cæ-
farem esse, leges dare, non accipere, ad indigna quævis
extendunt, & his impunè quidvis facere, & Regem esse
idem est ; Sed audiant Antigonum Macedoniæ Regem,
qui differenti cuidam, omnia Regibus honesta & justa esse.
Sunt per Jovem, respondit, non nobis, sed Barbarorum
duntaxat Regibus, nobis ea solum honesta sunt, quæ ho-
nesta, & ea tantam justa, quæ justa. *Plutarch. Apophtheg.*
l. 4.

§. XII. Nimiò plus verò deprimitur potestas
Principum Romanorum ab his, qui sententiam Ulpiani
ad legem Julianam & Papiam, de quibus loquebatur, restrin-
gunt, quod Ulpiani eadem mens sit, ac Plutarchi in Vita C.
Marii, quem legibus solutum fuisse dicit, cum tamen una
salem lege solitus erat, ut sc. absens posset creari Consul.
Sed nulla consequentia : Ulpianus enim & his ipsis libris
ad legem Jul. & Pap. etiam alias tradit regulas e. g. rem ju-
dicatam pro veritate haberí, quæ tamen non ad solam le-
gem Julianam & Papiam pertinet, quia Iuris familiare est, ra-
tiones, quæ re controversâ latius patent, subjicere.

§. XII. Alii distingunt cum *Jas. ad h. l. inter adūs,*
qui *activer* referuntur ad Principem, seu qui ab ipso Principe
sunt in privatum, veluti donationes &c. in quibus Prin-
cipem legibus solutum dicunt ; & eos, qui *passive*, seu a-
dūs, qui sunt à privatō in Principem, & in his non solu-
tum esse plenō ore asserunt. Alii inter esse & videri, cum
Gothof. in not. ad Nov. 105. c. 2. §. 3. lit. R. Aliis denique pla-
cket distinctio inter vim coactivam & directivam. D. Thomas
1. 2. qu. 96. art. 5. 6. Carol. Tapia de Conf. Princ. c. 1. n. 37. Sotus
de h. & I. qu. 6. art. 7. Paul. Christin. Dec. Belg. L. 1. Dec. 9. Fa-
chin. L. 1. Contr. c. 2. Hac tamen distinctio quoque item non
dirimit ; Nam de vi coactivâ nemo sanus dubitat ; si verò

neges quoad vim directivam Principem Legibus solutum esse, viderentur ipsi Principi leges latæ à se ipso, *Vinn. in Comm. Inst. §. f. quib. mod. testam. infirm.* ipse vero non potest simul superior obligans esse, ac inferior subjectus atque obligatus. *Illustris & Magnif. Dn. Struv. S. I. C. Ex. 2. t. b. 8.* Taceo alias distinctiones, quas pluribus adducit *Jac. Godofred. in Orat. polit. i. de Maj. Princ. Rom. LL. solut. Ungep. Ex. 2. qu. 5. in Ajo.*

§. XIV. Sed adulatione contemptuque vacua & reliquis verior est sententia, Principem legibus civilibus simpliciter, lege poli, naturæ & rationis vero non solutum esse: atque id sensisse Ulpianum & totam Jurisprudentiam Romanam, *Reink. de R. S. & E. L. i. Class. 3. c. 12. Conrad von Einsiedel Tr. de Regal. c. 2.* qui tamen, quando in num. 7. Legibus Civilibus omnibus Principem solutum dicit ex ratione civili, sed ex ratione naturali nullis: simpliciter recipi non potest. Sanè quia Principes secundum Leges Civiles se vivere velle, etiamsi ratione civili nitantur, quales v. c. Testamentaria sunt, ex diversis locis Juris Rom. constat, fortassis totam rem melius quis cum *Ulrico Hubero de J. Civitat. L. i. c. 36. §. 3. expedierit.*

§. XV. His consequens est, an & quatenus Princeps Jus alteri quæsitum tollere possit? Et distinguit communis Doctorum schola inter Jus quæsitum Jure Civili, Naturali & Gentium, *vid. Ant. Fab. in Cod. Sabaud. L. i. Tit. II. Def. 1.* quasi Princeps Jus Civibus ex ratione civili quæsitum indistincte & pro lubitu tollere possit, *I. 2. ff. de natal. rest. I. II. de evict. I. 15. de R. V. c. 4. X. de concess. præbend. Gym. Sympb. Cameral. Tom. i. p. 2. tit. ii. vol. 7. n. 76. Angel. in I. 2. C. de quadrienn. prescript. Bald. in I. f. C. sentent. rescind. non poss. Paul. de Castro Cons. 178. Colum. 2. L. i. Alexand. V. i. Cons. 2. n. 14. Curt. Jun. Cons. 138. n. 5. & Cons. 158. n. 15. Decius. Cons.*

198.



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. GEN. CAP. II. 23

198. in fin. *Cons.* 498. n. 25. & *Cons.* 624. n. 6. sive quæsitum sit
constitutione Juris Civilis generali, sive particulari & pri-
vilegio: *Pet. Ant. de Petra Tr. de Jur. quæs. per Princ. non toll.*
c. 24. n. 223. quia scilicet ipse Princeps hujus acquisitionis
causa fuerit; *Angel. in l. 3. ff. de bon. aut. iud. poss.* non vero
quæsitum Jure naturali & Gentium, *Ant. Faber. d.l. p. 88.* Sed
quod prius attinet, dicemus Principem Jus privato Jure
Civilis quæsitum posse adimere, *si naturalis æquitas vel pla-*
ne non subsit, (nam ita cum per exceptionem deficientis
naturalis æquitatis reus conventus se tueri, vel etiam rem
ipso factō alteri quæsitam remedii conditionum aliisve
extorquere possit, ne quidem Jus perfide quæsitum alteri
dici potest) *vel si tantum subsit præsumptivæ*, ut in judica-
to, transactio, jurejurando; & Princeps, ut in veritatem
negotii inquiratur, permittat, utque iniquitas rei detega-
tur: *Quoad præscriptionem distinctè respondendum est*,
ut si quæ species tempore tantum, & non etiam bona fide
aut titulō nititur, à Principe tolli possit; *Quanquam non*
debeat facile iura ejusmodi, ne leges sensim evilescant,
convellere. *Quod vero Iure communi Naturæ vel Gen-*
tium, licet jure Civili munito, quæsitum est, illud non nisi
ratione alia fortiori extorquere civi debeat: *Siquidem hoc*
casu, si quid iniquitatis dispositio Principis continet, illud
utilitate publicâ facile rependitur, *Tacit. Annal. L. 14. c.*
44. in fin. Ideoque à Iure naturali quoque interdum rece-
dimus, ut sit felicior ad illud regressus, & sic non male Iaso
Tessalus referente. *Dn. Zieglero in Dicast. Conc. 3. §. 12.* di-
xisse videtur, in parvis rebus (privatis) violandam esse in-
terdum justitiam, ut in maximis (publicis) melius conser-
vari possit; *Ius denique nondum plene quæsitum sed quæ-*
rendum sive jure civili, sive naturali Princeps antevertere
potest *Grot de J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 5. l. 16. ff. de A. R. D. l. 2. ff.*
de



de sum. ne quid. Carpz. Jurispr. Forens. p. 3. c. 31. d. 18. num. 3.
 exempla exhibent Const. Elect. Sax. p. 4. verb. Abrogiren und
 Heben dieselbe (intellige poenam injuriarum a tiquam) hiermit
 Kraft dieser constitution aus Fürstl. Macht und Obrigkeit
 gänzlich und gar auf &c. & Ord. Torgens. de anno 1583. Tit. Wel-
 cher Gestalt die agnaten und Mitbelehnten in fin. ubi: Wol-
 len auch alles dasjenige / so solcher unserer Ordnung zu wieder
 angesehen und gedeutet werden mag / aus Churfürstl. Macht
 und Hohest in unsren Landen hiermit corrigiret / aufgehoben
 und abgethan haben. quin & quælibet tollere potest Princeps,
 quod nondum in judicium vel disceptationem perve-
 nit: Cujus rei exempla reperiuntur, quando Princeps le-
 ges fert cum clausula in præteritum, v. c. successiones im-
 mutando &c.

§. XVI. Sed utrum & quando causa præsumatur
 justa & legitima in Principe disponente vel rescribente, va-
 riæ variorum extant sententiæ: prout videre licet ex Grav.
 ad Gail. Conc. 58. Gabr. Roman. Lib. sent. 3. tit. de Jur. quas non
 toll. Fachin. Contr. L. 8. c. 63. Mascard. de probat. Conc. 276. Me-
 noch. de Præsumt. 2. pref. 10. Et recte sentit Graveus d. l. n. 2.
 causam justam in Principe contra Jus Divinum, vel natu-
 rale vel Gentium disponente non præsumi it. Gail. L. 2. obs.
 58. n. 1. quibus astipulatur Menoch. in pref. 10. n. 52. ac differ-
 entiam rationes, (quas vide ap. Pet. Ant. de Petrad. tr. c.
 33. cont. 2. p. 609.) refellit, & secundum hanc sententiam in
 camerâ judicatum fuisse testatur Myrs. Cent. 4. obs. 38. eam-
 que multis insuper probat Hieron. Cavallos Spec. Aur. opin.
 com. cont. comm. qu. 529. & Paul. Christin. Decis. Belg. V. s.
 Dec. 27. In Jure vero positivo sola voluntas sufficit Pet. Ant.
 de Petrad. l. n. 10. ideoque partes in judicio hoc posteriori
 scatu de solâ voluntate contendunt, in dubio enim non præ-
 sumitur l. 4. C. de emancipat. lib. l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc.
 pub.

PRINCIPIS IN JUDICIO PART. GEN. CAP. II. 25

pub. l. 28. in fin. de testam. militar. c. 8. de rescript. in 6to ibique
Felin. nisi voluntatem suam Princeps satis declaraverit vel
factō, vel verbis, certisque quibusdam clausulis: ex certā
scientiā, motu propriō, lege non obstante, de plenitudine
potestatis & hujus farinæ aliis, quæ vitium sub- & obreptionis
in judicio tollunt, *Petra d. Tr. p. 633. seq. Barbosa, Bar-*
schamp. in radice claus. pluresq. alii. Sed hæ quoque clau-
sulæ, si magis ex stylō curiæ, in veteratō usu, imperitiā ama-
nueris, vel ad instantiam partis, quam ex scientiā & motu
Principis adjectæ sint, vi suâ declarativâ destituuntur, &
Princeps ad importunitatem & inverecundam petentium
inhibitionem processisse præsumitur. *I.f. C. si cont. Jus vel*
util. pub. l. 1. C. de petit. bon. subl. lib. 10. c. f. de rescript in 6to.
ibi Glossa in verb. importunitatem. c. 1. de religios. dom.
Gail. L. 2. obs. 58.

§. XXII. Finis hujus potestatis est vel intermedium
vel ultimus, vel ultimatus. Intermedium concordia civium
& litium abbreviatio, ex quō propullulat finis ultimus sa-
lus scilicet publica, quam hæc ratione Princeps in Rep. &
consequi & consecutam conservare poterit, si estimet, quæ
causalrum decidendarum ratio, qui procedendi modus in
judiciis suæ Reip. maximè conveniat. Finis ultimatus est
gloria Dei, quippe quæ in omni actionum specie, ad quas
unquam procedimus, primariò intendenda. Generalic-
ribus itaque prælibatis pergendum nunc erit ad specialiora,
& quia judicium his quatuor constat partibus: Personis Ju-
dicium constituentibus; Causâ in judicium deducâ: For-
ma procedendi & Fine; Illustris Dn. Struv. Syntag. J.C.

Ex. 9. th. 2. Hillig. ad Donell. L. 17. c. 3. lit. E.
tot quoque Capita subjiciemus.

Sit itaque

D

PAR-



DE POTESTATE EMINENTE
PARTIS SPECIALIS

CAP. I.

De Potestate Eminentis Principis
circa personas Judicium consti-
tuentes.

§. I.

Pars prima Judicii sunt personæ, quæ id ipsum constitutunt, Judex scil. actor & reus l. 62. ff. de Jud. l. 31. §. 2. C. cōd. aliter c. nullus 4. qu. 4. ibi: in omni Judiciō quatuor perso-
nas necesse est semper adesse; id est Judices electos, accusatores idoneos, defensores congruos atque testes legitimos, cui convenit c. 10. X. de V. S. Sed utrōque quoad testes nihil falsius. Sane & plures uno Judiciō agere, conveniri, judicare possunt, sed loco unius sunt, l. 9. ff. de p. 27. Hillig.
ad Donell. L. 17. c. 4. lit. B. in not.

§. II. In Judice requiritur Jurisdictio, competen-
tia, & habilitas tūm generalis, ut scilicet persona legibus
non prohibetur esse Judex: tūm specialis, ut non sit su-
spectus. Illustris Dn. Struv. Synt. J. C. Exerc. 9. tb. 10.

§. III. Quod Jurisdictionem attinet, ex antea dictis
apparebit, facultatem de rebus civium controversis co-
gnoscendi Majestati Principis annexam & ita propriam esse,
ut ab eā sola tanquam à scaturigine ad alios dimanare opor-
teat, & quicquid obtinet potestatis & Jurisdictionis Magi-
stratus & Judices, id per participationem accipient, ipsi
nihil proprii habentes; Lampad. de Rep. Rom. Germ. P. 1.
tb. 14. adeoque dubium non est, quin idem Princeps, qui
ordinariam Jurisdictionem indies concedit, & extraordi-
nariam

PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. CAP. I. 27
nariam, (utpote quæ jam olim, cùm initio Civitatis Romæ.
Populus sine lege certâ, sine jure certô vivebat, omniaque
Regiâ manu gubernabantur l. 2. §. 1. ff. de O. I. ibique Gloss
frequentabatur usu, & postea apud eos solum, qui Iò n̄ v̄ero
in Republicâ obtinenter remansit,) Judicii impetrari possit, ut
nullō jure certô, formâ, tempore aut ordine, sed solo re-
ctæ rationis dictamine & civilis prudentiæ regulis Civium
causas tûm civiles, tûm criminales, ac si ipse Princeps co-
gnosceret, in Rep. dirimat, atque ita Judicia à justo magis
Judice, quod alias suò, non etiam hòc nostrò sensu melius
est, Maranta P. 4. n. 65. Et Aegid. Boss. Tr. de remed. ex sol-
clem. Pr. num. 44. 45. quam lege scriptâ regantur. vid. latè
Hortensus Cavalcanus Tr. sing. de brachiò Regiò Marpurgi ans
1605. secundâ vice editò, ubi facultatem cognoscendi extra-
ordinariam in primis in causis criminalibus eruditè exami-
nat. Sed si Judex, sive sit ordinarius, sive delegatus, hac
facultate cognoscendi extraordinariâ caruerit, nihilque
minus Regiâ, quod dicitur, manu, licet publicæ salutis cau-
sâ, temere tamen processerit, sententia & omne, quod ge-
ritur, nullum est, quia defectus Jurisdictionis maximus, imo
ex quorundâ sententiâ irreparabilis est & insanabilis. Seb.
Vant. de Nullit. Proc. Tit. de nullit. ex def. Jurisd. n. 6. nec ju-
dicatum dici potest ab eo, qui Jus dicendi non habuit, l. 1.
§. 12. ff. ad SCium Tertull. l. 2. §. 2. ff. de pœn. l. 1. §. fin. quod
quisque Jur. in al. adeò, ut ne à delegatò quidem Principis,
(qui causam alteri quidem delegare potest, l. 5. C. de Jud.
ibique Brunnem. c. ult. X. de off. Et pot. jud. delegat. non ta-
men cum autoritate subdelegandi c. 27. §. si verò X. ebd.)
processus factus à subdelegati subdelegatò ratihaberi possit,
quamvis in totum vices suas subdelegato commisisset, nam
in Jurisdictione non habet locum ratihabitio, c. 62. X. de ap-
pellat. neque confirmatur talis sententia partium conven-
tione,



DE POTESTATE EMINENTE

tione, quod videlicet sententiâ ferendâ stare, nec de nullitate dicere promisissent, quia Iurisdictio Iudicis ad substantiam Iudicii pertinet, substantialia verò non à conventione partium, sed à lege dependent, & per consequens mutari minimè possunt, arg. l. 38. ff. de patr. & aëtus nullus ex facto à potestate nostrâ non dependente, à nobis quoque suppleri non potest. arg. l. 55. ff. de legat. 1. l. 3. C. de Jurisd. omn. jud. Nihilominus tamen hic defensus insanabilis à Principe vi potestatis suæ eminentis sanari potest. Cayal. de brach. Reg. P. 1. n. 274. modò fiat ex certâ scientiâ, alias nullitas intentii præjudicium non excluditur. Vant. de Nullit. Proc. Tit. qualit. sent. & proc. qui dic. null. defend. poss. num. 240. seqq.

§. IV. Secundò in Iudice requiritur *competentia*, tot. tit. C. si à non comp. Jud. quæ estimatur ex persona utriusque & Iudicis & litigatoris. Iudex competens dicitur, si limites, quibus circumscripta est ipsius Iurisdictio, obleraverit: Limites autem illi circumscribuntur quoad personas, causas, locum & ordinem. Hahn. in not. ad Wesenb. de Jud. n. 16. Inter litigantes, an Iudex competens sit, ex persona rei dijudicandum est, ita ut auctor forum rei sequi cogatur, l. 2. C. de Jurisd. omn. jud. l. f. C. ubi in rem aet. e. s. X. de for. compet. Sed hoc posterius Princeps potestate suâ eminenti simPLICITER mutare potest, ut à contrariô reus forum auctoris sequatur: Job. And. in addit. ad Spec. tit. de compet. Jud. §. effectus vers. item sola conditio. Nec quicquam hòc ipso detr. hetur favori rei debito, l. 125. ff. de R. I. c. 11. de R. I. in 6to. Siquipm is in dubiô obtinet, & quidem magis in causâ decisione, quam præparatoriis Iudicil, d. c. 11. l. 38. ff. de ree jud. Gothof. in not. ad d. l. 125. lit. d. non verò attenditur, si Princeps contrâ senserit, arg. l. 83. §. 1. ff. de V. O. conf. omnino Dd. ad Auth. Habita C. Ne fil. pro Patre. Dn. Richterus

p. ms.



§. V. Quatenus dehinc cōpetentia cōstimanda sit, & per conlēquens nostra potestas emens vim suam exerere possit, quoad locum & ordinem instantiarum in Imperio oblēvandum ex Part. Gen. cap. 2. §. 7. colligi potest, ideoque nolo esse prolixior. Causæ verò, quibus cōpetentia iudicis circumscrībitur, sunt vel Ecclesiastica, vel seculares: vel mixta. Ecclesiastica vel ad res Ecclesiasticas, vel ad vitam statumque personarum Ecclesiasticarum respiciunt: Ille sunt, quæ cultui divino, instruendo ac sustentando Ministerio usum præbent. De his olim cognoscet Pontifex, Episcopus vel similis ordinis clericalis alias l. 6. C. de SS. Eccles. l. 33. C. de Episc. aud. tot. tit. X. de Jud. & c. 2. 3. de For. comp̄. c. 3. de ord. cognit. Sed cum hodiè mutatō rerum statu in terris Protestantium illa, quam Pontifex ac Episcopi in nostram confessionem, sacrorum leges, ritūs & ceremonias sibi lumebant, suspensa sit cognitio per Transalt. anno 1552. Passavit initam & Pacem Religiosam. Recessit Imp. de anno 1555. §. Damit auch &c. 20. in subseqq. Impp. Recessibus vid. R. I. Ratisb. de anno 1557. §. So haben wir &c. 8. it. de anno 1559. §. Dissewil aber &c. 5. & Inst. Pat. Art. 5. §. 1. repetitam. Statibus ea iurisdicō ordinariē competit adeoque quivis in territoriō suō competens, & imo ex conventione irretractabili supremus est. Secus in terris Pontificiæ Religionis, ubi Reges & Principes hāc facultate cognoscendi propriè quidem carent, solent tamen se quādoque causis Ecclesiasticis immiscere: Sic Rex Catholicus in Cancellariis Vallisoletana & Granatenſi pro potestate eminenti, quam obtinet, seu quod Hispanis dicitur, per viam violentiæ in causis Ecclesiasticis cognoscere solet, quæ cognitio, ne Judges Ecclesiastici, potestate suā nimium abutentur.

D. 3.



abutentes, pendente appellatione sententiam temere exeqvantur, tuetur oppressos, quod officii Regii est, e. Regum C. 23. qu. 5. ac proinde in maximam vergit Reip. utilitatem & recte dicitur theriaca adversus venenum Iudicis Ecclesiastici de factō procedentis. *Dorschäus in Prodomb Anticris. Theol. dist. 1. Exam. propos. 1. p. 48.* vid. latē Hieronymus de Cevallos Jctus Hispanus Tr. sing. de cognit. per viam violent. in caus. Eccles.

§. VI. In causis mixtis, quæ temporali quid ad mixtum habent spirituale, (ut matrimoniales, usurarum, jure-
mentorum, Juris Patronatus & similes) non semper unus iudeiique Judex competentis est. Sic quatenus de substantia
matrimonii seu personis ratione conjunctionis, sanguinis, ob
es eine Ehe sey / seyn könne oder nicht / ratione divorcii, deflorationis,
adscriptionis prolis, legitimacionis (e. 5. & 7. X. qui si
sint legit. arg. e. 2. & 3. X. de Jud.) quæritur, Ecclesiastici, e. 3.
& 6. X. de divorc. r. 1. 13. 28. X. de spons. & matrim, at cum de
causa possessionis ad reposcendam uxorem, dotis, donationis
propter nuptias, an verè contractum sit, nec ne, &c. secularis
Judicis est, facientem quæstio nihil spiritualitatis continet.
Match. de Afflict. Decis. Neapolit. 219. n. 5. Principi vero Au-
gustanae Confessionis utramque cognitionem uni sive seculari
sive Ecclesiastico Judici committere liberum est, utpote qui
ipse quoad superioritatem territorialem & legem diocesanam
duplicem quasi personam sustinet : Ubi igitur distincta judi-
cia Ecclesiastica, (quæ consistoria dicuntur e. 3. de appellat. in
e. 20. Anglis Curiæ Christianitatis, Helvetijs Chor-Gerichte)
constituta non sunt, omnes lites in Cancellariis vel Curiis ex-
pediri & decreta hanc subscriptione edi solent Hirsfil. zur officia-
ley oder Consistorial Sachen verordnete. Et ita cognoscunt
status in causis subditorum. Quis vero in causa matrimoniali
inter status orta Judex competentis sit, variae variorum sunt
senten-

sententiaz, usque adeo, ut hanc quæstionem decisione Imperatoris indigere asserturit *Vulcej. ad l. 1. Cubi Senat. vel clariss. n. 49. infin.* Alii Imperatorem vel solum, vel adhibito dem Fürsten Rath. Alii Consiliarios rei conventi, Alii Austregas constituunt, quos resert *Reink. de R. S. & E. L. 3. Class. 1. cap. 10. n. 23. seqq.* Nos missis aliis negamus Austregarum Jurisdictionem in causis spiritualibus & matrimonialibus fundatam esse, quia ut ea locum habeat, non solum persona, sed & causa talis esse debet, quæ immedietate Jurisdictioni Camerae subjecta est, & postea per appellationem ad eam devolvi potest. *C. G. Ord. p. 2. Tit. 2. §. 2. verb. doch soll keiner Parthey &c. junct. sit. 28. §. 1. jam vero Camera ipsa (quibusdam taliter casibus exceptis,) à cognitione causarum matrimonialium excluditur, *Rurg. Ruland. de Commiss. p. 1. l. 2. c. 3. n. 3. Gail. l. 1. obs. 112. n. 17. ibid. Grav. Cons. 1. n. 4.* adeoque Austregarum Judices admittendi non sunt. Cui non obstat *Ord. Cam. p. 2. Tit. 4. verb.* Erstlich so Prälaten / Graffen / Herren / die von Adel oder Stände eines Erbfürsten / oder Fürstsmäßigen Geistl. oder Weltlich / mit Recht wolten beklagen / warum oder was Ursachen das wären / &c. quibus verbis privilegium primæ instantiaz statibus quibusvis in causis concedi videtur ; Verba enim utcunque generalia non illimitata effusoque sensu, sed determinata, secundum efferentis voluntatem, præsuppositam potestatem, reique subiectæ apertitudinem & qualitatem accipienda & determinanda *Reink. de R. S. & E. d. l. n. 46. Dissent. Pet. Frid. Minden. de Prot. extrah. L. 1. cap. 10. n. 4. Zieg. in Comm. conclus. Cat. vol. 8. Austreges. concl. 2. n. 1.* Contia vero firmiter assertimus, Imperatorem Jurisdictionem causarum matrimonialium, quæ ex præsupposito Pontificijs, falso tamen & erroneo, haecenius abstinuit, non tantum inter catholicos, sed & Protestantes suō modō reassumere posse, *Magnif. Und. Reges Tr. de Grav. Extraj. cap. 6. §. 27. n. 1. seqq.**

§. VII. In-



DE POTESTATE EMINENTE

§. VII. Inter causas seculares, quæ scilicet res & personas Ecclesiasticas quâ tales & per se non concernunt, præ aliis maximis momenti sunt feudales, quæ in Imperio nostro oriuntur vel 1. de feudo minori, eoque cum mediato, in quo præter iudicem primæ instantiæ, (cujus competentiam varie distinctis casibus exponit Schwanenm. obs. Cam. 11.) etiâ suô loco & ordine supra dicta judicia cognoscunt, cum immediatō, ubi pariter Camera cum Imperatore quoad Iurisdictionem concurrit, Gail. L. 1. obs. 20. undē si partes prius Cameram, quam Imperatorem adeant, & Citationem petant, jure præventionis illa decerni & causa ibidem agitari poterit. Hart. Hartm. Pract. obs. L. 2. tit. 54. obs. 42. ubi Cameram in causâ Bredenroth contra Michael Gilles d. 4. sept. an. 1551. in causâ der Welshen contra Nassau ult. Aug. 1541. & aliis hōc fundamento processus decrevisse refert: quippe solâ citatione præventio inducitur l. 7. ff. de Jud. c. 19 X. de for. compet. clem. fin. ut lit. pend. ibid. Dd. Vel 2. de Feudō majori agitur, quod Regalem dignitatem annexam habet, Fahn-Lehn/ut sunt Ducatus, Principatus, item viceriatus (cum quoad hunc in Principatu ille radicetur, & idem ergo judicium de accessoriis, quale de principali ferendum sit Sprenger, de Jud. Feud. p. 29.) tum & Comitatus, Baronatus &c. utpote de quibus solus Imperator absque interventu Statuum judicare potest, Ordnung des Regiments zu Worms/ an. 1521. §. 7. Ob auch Sachen fürstlichen/ Herzogthum/ Fürstenthum/ Graffschafften etc. belangend/ so vom Reich zu Lehn röhren/ und einem Theil ganzlich und endlich abgesprochen werden sollen/ derselben Erkäntniß wollen wir uns hierinnen auch vorbehalten haben/ junc. E. G. Ord. p. 2. Tit. 7. cuius verba propè eadem. Est autem ratio Iurisdictionis Cæsareæ tum quod immediatus feudi Dominus, & Ducatum cause ad Reip. salutem pariter atque periculum spectant, quibus ut bene prospiciatur, Imperatoris maximè interest. Stämmer de Re-

serv.



PRINCIPIS IN JUDICIO PART. SPEC. CAP. I.

33

Serv. Imp. §. 38. n. 2. tūm quōd in Inst. Pac. art. 4. in fin. prae-
primis art. 5. §. 55. R. H. Ord. tit. 5. vers. Dafern. Electo-
rum & Principum sententias & vōta in ejusmodi causis re-
quirere, Imperatori LIBERUM, nec simpliciter & ubique
necessarium, tūm quōd nullā lege publicā hāc Imperato-
ris cognitio restricta, & contrā nullā lege Jus illud Principum
Das Fürsten-Recht, quod nonnulli gratis adferunt, firma-
tum sit. Quam sententiam insuper confirmat, quod in
feudis Regalibus cognitio neque Cameræ, neque Austre-
gis, neque Paribus competit, ut patet tūm ex ipsius Dn.
ALBERTI Marchionis Brandenburgensis p.m. publicā, quam
an. 1522. scriptō quōdam exposuit, querela, quōd causa
Ducatum & Comitatuum ad Iudicium Camerale trahe-
rentur, cum tamen in ejus potestate non esset, Principes
facere aut tollere. Heig. P. 1. qu. 9. n. 50. eoq[ue] congruē fa-
cit publica professio Dn. CHRISTIANI II. Electoris & Du-
cum reliquorum Saxonie, in der deduction wegen des verle-
digten Fürstenthums Jülich, verb. Es erinnern sich auch Ihre
Chur- und Fürstl. Gn. Gn. bedächtig / daß der Röm. Käyserl.
Majestät wann über Fürstenthum und dergleichen Reichs-Lehn
Streit und Spaltungen vorfallen / die Erkāntnis nicht allein
Vermöge der beschriebenen Lehn- Rechten ohne zweifelich ge-
bühre und zusteh / sondern auch derselbigen mit einhelligen
Schlus all der Stände des Reichs in der Cammer-GerichtsOrd-
nung und sonst reserviret und vorbehalten worden/ so gar daß
ob schon die Käyserl. Majestät und Camera hinwieder cum
Cælare n andern Fällen concurrirret / NB. gleichwohl dieses ein
casus reservatus bliebe / darinnen Camera, vielmehr paribus,
die cognitio glat abgestrichet / welche der Käyserl. Majestät
zu entziehen Ihrer Chur- und Fürstl. Gn. Gn. Pflicht/ Stan-
des und Gewissens halber nicht wohl verantwortlich. Acce-
ptis

E

dit



dit rerum ita perpetuo judicatarum autoritas : Sic enim Maximilianus I. in causâ Alberti & Wolfg. Bavaronum & Ruperti Palat. Carolus V. inter Hassos & Nassovios : Matthias in causâ Lüneburg contra Braunschweig/das Fürstenthum Grubenhagen betreffend. Ferdinandus II. in causâ Baden contra Baden an. 1622. in causâ Hessen contra Hessen die Marpurgische succession betreffend an. 1623. d. 1. April. Ferdinandus III. ratione Iuris primogeniturae & aliarum prætensionum inter Hessen Darmstadt und Homberg/ item Cassel und Landgraff Friedrichen/soli absque Procerum Imperii interventu judicarunt. vid. Reink. de R. S. & E. L. 1. Clas. 4. c. 19. n. 27. Stamler de reservat. Imp. §. 38. n. 14. Schütz. Disp. de Vicar. Imp. th. 14. Carpz. de L.R.G. c. 9. scđ. 22. n. 27. (dissentit Ausor des kurzen und gegründeten Berichts über die Frage/ ob der Römische Kaiser in des H. Reichs Lehn Sachen allein richten könne? Limn. de J. P. c. 9. n. 32. & seqq. Hippolitus à Lapide de Rat. Stat. P. 1. c. 10. scđ. 2.) Quamvis autem hæc ita obtineant quoad Imperatoris potestatem, interim tamen haud male agere Imperatorem, sed tutius esse, dicendum est, si exemplò Sigismundi, inter Fridericum Saxonem & Ericum Lauenburgensem judicantis, Electores & Status per modum consilii in causis magni momenti in consortium recipiat, ut monet *Autor der noch wendigen Erinnerung contra die Donawertische information* P. 1. p. 170. ibi : billig als höchste Räthe in Rath zu ziehen. &c. & Drs. Conring ad Lamp. P. 3. c. 16. §. 27. quod: quando fieri expediat ac salus publica requirat ex causis & litigantium conditione, pro religione, quâ Imperio tenetur, Cæsari judicare convenit. arg. Instr. Pac. art. 5. §. 55. infra. nisi quod tunc Electorum Consilium & consensum necessario & nunc quidem post conclusa nupera in Comitiis citra

citram dubium Cæsar adhibere debeat, si eò causa vergat, ut ad Bannum & privationem procedi oporteat: quò & textus à dissidente Limneo citatus in Cap. Ferdinandi III. art. 42. & Ferdinandi IV. art. 40. referri potest: Cæterum hæc ipsa, quæ de cognitione Summi in Imperio Principis circa Feuda diximus, ad ordinariam Jurisdicendi potestatem pertinent. Quantum verò in illis extra ordinem valeat, nostrum non est definire, sed partim ex his, quæ nunc allata sunt, colligi, partim etiā ex disceptatione DD. de potestate Extraordinaria Cæsaris, an illa per Capitulationem imminuta sit, & imo an ea Cæsari ulla competit & dijudicari potest.

§. VIII. Idem de Jurisdictione in causis criminalibus admonitum volumus: Nam & in his solum quæ Principi potestas ordinaria debeatur, experiemur. Esse autem regulariter solum Cæarem in Statuum causis criminalibus (in Peinlichen Sachen / die Leibes/Straffe auff sich tragen) Judicem competentem, defendemus per Constitutionem Friderici II. de an. 1236. Dass wo es an eines Fürsten Leib oder Ehre gehe / das wolle oder solle der Kaiser selber richten / auff die Weise / wie es in dem H. Reich von uhralten Zeiten herkommen. Nulla habita distinctione, an in territorio tertii delictum commissum sit, an verò propriō: Ut casu priori ipse Judex illius loci (si delinquens ibi deprehendatur, Brunnen. ad l. 1. C. ubi Senat. & Clariss. num. 11.) per dictamina juris communis cognoscatur, l. 3. de off. Praef. l. ult. de nox. abt. l. 3. ff. de re milēt. l. 1. C. ubi Senat. & Clariss. l. 1. C. ubi de crim. agi oport. Nov. 69. c. 1. 2. quod nullibi mutatum reperiatur: siquidem quæ pro eā distinctione ab aliis adducuntur ex R. I. de an. 1505. §. Ebener massen 68. verb. Wenn eine eingige Person/ &c. & exemplis Cunradini Ducis Sueviæ à Carolo Neapolitanō Rege puniti, item Mariae Scotiæ Reginæ ab Anglia Reginâ Elisabetha

36. DE POTESTATE EMINENTE
betha trucidatæ (vid. Excell. Dr. Thomasius Academiae Lipsiensis decus in disp. de Elisabetha A.R.) huc non pertinent. Igitur cum Cæsar is solius sit judicium, (nisi quod hic & ex arg. art. 5. §. ss. Inst. Pac. & quod de Banno diximus Cæsarea Majestas cum Electoribus & Statibus merito pro causa circumstantiis communicare debeat) hinc cognitio neque Austregis, Reink. de R.S. & E. L. 2. Class. 2. c. 16. n. 24. neque etiam Cameræ (male contra sentiente Petr. Frid. Mindan. Tr. de Proc. extrah. L. 1. c. 9. p. 36. Limn. J. P. L. 9 t. 5 n. 62. seqq.) R. J. de ann. 1530. §. Item als ist etliche &c. 95. C. G. Ord. P. 2. Tit. 28. §. 5. eo minus per appellationem, quo minus per viam simplicis querelæ d. ext. Gail. L. 1. obs. 1. num. 27. (nisi Camerales ipsi deliquerint C. G. Ord. P. 1. Tit. 50. §. fin. aut processus sit nullus C. G. Ord. d. P. 2. Tit. 28. §. 5. aut reperiatur causa specialiter excepta, ut fractæ pacis C. G. Ord. P. 2. Tit. 9. & perduellionis C. G. Ord. P. 2. Tit. 20.) recte ea tribuitur, sed soli Imperatori competit, Stamler. de Referr. Imp. §. 37. Schütz. Colleg. J. P. de S. R. R. V. 2. Disp. 7. th. 6. lit. E. Sunt præterea causa tam publicæ, quam privatæ, civiles ac criminales penè innumeræ, quas hic omnes recensere nimis prolixum foret, unam alteramve igitur allegasse sufficiat.

§. IX. Progredior ad Judicis à Principe constituti habitatem, cuius quidem disquisitio frustranea videtur & temeraria ob L. 3. C. de crim. sacrileg. ibi: Sacrilegii instar est, dubitare an dignus (habilis) sit, quem elegerit Imperator, sed vitiò hoc nos liberabit Tac. Cujac. in π. C. h. t. ubi ista hodie ne in minimō quidem vitiō ponit, h. e. non amplius sacrilegii instar esse, sed nec illicitum haberī, in thesi & abstractive dubitare, quem eligere possit Imperator, nec illico prolatione habendos esse, qui tale quid contra rescriptum Principi. ausū fuerint, cum id nimium & huic delicio parum conveniens;



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. CAP. I.

veniens sit, ideoque in illâ lege paulò laxior sit hujus vocule acceptio. Habilis Jure communi dicitur *vel in genere, vel in specie* (vid. b. cap. i. thes. 1.) *In genere*, qui I. non prohibetur *vel naturâ*, cui facultas eorum, quæ hujus muneris sunt, quod officii potius est, quam honoris, deest, ob vitium quoddam *vel corporis*, ut (1) *Surdus l. 12. §. 2. ff. de Iud.* qui nihil prorsus vel difficulter exaudit, quamdiu eô morbo laborat, etiam in perpetuum, si surditas sit perpetua *Reyger. disp. 1. process. jud. tb. 29.* judicium enim audientia causæ dicitur *l. 10. C. de Jud.* (2.) mutus qui loquitur *de quo uocatur*, sine significatione & articulatione, quia sèpè in judicio litigantes interrogare expedit, *l. 9. C. c. 10. c. 30. qu. 5.* non vero excus, *l. 6. ff. b. t.* maxime in causis ocularem inspectionem non requirentibus, *Illustris Dn. Struv. S. 7. C. Exerc. 9. tb. 10.* quoniam cœcitas mentis, ut *furorem vocat Cic. L. 3. Tuscul.* non oculorum, judicium impedit. *Hilleg. in Donell. L. 17. c. 24. lit. N. ibid. in not.* *Vel animi*, veluti (3.) perpetuò furiolus *d. l. 12. §. 2. de Jud.* (quamvis etiam in intervallis metendum sit, ne altercatio partium Judicibilem moveat, & in furorem concitet. *Pet. Gregor. Tholos Synt. J. Univ. L. 47. c. 9. n. 4.*) quippe per omnia & in omnibus absentis vel quiescentis loco, *l. 2. §. 3. ff. de codicill.* immo pro mortuô habetur. *Balt. in l. o. C. de imp. & al. subst.* (4.) Impubes *d. l. 12. §. 2. l. 2. §. 1. de R. J. & Juris aclegum rerumque gerendarum imperitus, *Nov. 82. in pref.* quia ignorantia Judicis est calamitas innocentis, *August. de Civ. Dei L. 10. c. 6.* Sed an minor? distinguo, aut 18. annis major est, & non prohibetur. *Illustris Dn. Struv. d. 1. aut annum 18. nondum excessit, & prohibetur omnino, nisi partes etatem sciverint, eumque expresse approbaverint. l. 57. ff. de re jud.* indistincte vero & invitis partibus valebit ex voluntate Principis eum constituentis: Ratio elegans habetur in *d. l. 57. ibi: Princeps enim, qui ei Magistrum**

gistratum dedit, omnia gerere decrevit. vid. Hilig. in Donell.
L. 17. c. 24. lit. l. & K. ibid. in not. (II.) vel legibus & moribus in
 leges receptis, *d. l. 12. §. 2.* ut (1.) Senatu motus ob turpirudi-
 nem, nisi restitutus, vel tempus condemnationis elapsum
 sit, *L. 3. §. 1. de decur.* (2.) hæreticus *arg. l. 4. C. de hæc et.* (3.) ex-
 communicatus, cuius sententia nulla est, *c. 24. exer. de sent.*
 & re jud. (4.) *Judæus l. ult. pr. C. de Jud. s.*) Banitus & qui-
 cunque quâvis ratione infamis. *Perez. in Cod. tit. de Jud. n. 4.*
 mulieres denique & servi, *d. l. 12. §. 2. de Jud. l. 6. 7. C. cod.*

§. X. Et quamvis quidem cuiusvis Principis in Rep.
 potestas maxima sit, ut possit de servo facere liberum *l. 3. de*
off. Præt. tot. tit. C. pro quib. caus. serv. pro pram. lib. accip.
 & e converso libertatem impedire *tot. tit. C. qui non poss. ad*
libert. per v. de filio Patrem familias tit. C. de dignit. *L. 12.* &
 contrâ *l. f. C. de quadrienn. præscript.* de libertinô ingenuum
l. 2. ff. de natal. rest. de naturali legitimum, *Nov. 74.* de inju-
 stiâ justum, *l. 38. ff. de adopt.* *l. 31. de rit. nupt.* *l. 3. C. de interd.*
matrim. int. pupill. de divite pauperē *tot. tit. C. de bon. proscript.*
 de humili nobilem *tit. C. de dignit.* *Lib. 12.* & contra. *l. f. C. de*
locat. conduct. de vivō mortuum & contrâ, *l. 1.* & *f. C. de sent.*
pass. de famosō infamem, *l. 1. ff. de his quinot. inf.* & contrâ
l. 23. C. de nupt. de minore majorem *l. f. de his qui ven. atat.*
impet & contrâ *§. 2. f. quib. non est permitt.* de testabili inte-
 stabilem *l. 18. ff. qui testam. fac. poss.* & contrâ *l. 6. C. cod. l. 35.*
C. de inoff. testam. &c. vid. *Pileus Modicensis Qv. 43.* suprà
 tamen relati *Judicium* defectūs non omnino omnes ejus. Im-
 perio subjacent, qui enim à naturâ proveniunt & intelle-
 ctum respiciunt, à Principe mutari & tolli non possunt. *Fran-*
cisc. Nig. Cyriac. Concr. forens. 207. num. 50. bene tamen, qui o-
 riuntur ex lege positivâ seculari vel Ecclesiastica, sicque
 commune DD. diverbium, quod Princeps eligendō inhabi-
 lem cum eo dispensare videatur, accipiendum docet *Dn.*
Ziegl. in Dicast. Concil. 3. §. 11. proinde ex imperito peritum
 facere,

facere, eique judicandi potentiam concedere non potest, concessa quamvis judicandi potestate : quam concedere, si id utile Reip. vilum fuerit, omnino potest, & leges annarias solvere l. 57. ff. de re jud. quo pertinente, quæ Dn. Ziegel. d. §. 12. ex Duarenō ad d.l. refert. Non potest, inquit, facere Princeps, ut recte judicet impubes, vel imperitus homo, sed potest probabilis causa interdum mouere Principem, ut tales patiantur Magistratus gerere, perinde ac si digni essent. Malum quidem hoc est per se, sed potest utile esse interdum Reip. majoris alicuius incommodi vitandi gratia. Potest senatu motum ex certa scientia Judicem constituere, Hillig. ad Donell. L. 17. c. 24. lit. Q. in nov. potest contrariis moribus, & magis autoritate Princeps mulier officio judicis defungi, & Jurisdictionem propriam per se ipsam exercere, cuiusmodi plura omnis ferè avi exempla petere licet ex Tiraquell. de Jur. primogen. qu. 10. quoniam nihil interesset Aristot. 2. Polit. 9. focimina ipsa ad gubernacula sedeant, an viri, qui sedent, ex eorum nutu & arbitrio pendeant, affe^tusque sibi dari & leges imponisnant, add. c. 4. extr. de arbit. c. 12. de majorit. & obed. de reliquis par esto judicium.

§. XI. Specialiter habilis dicitur Judex, si in causâ, quæ in specie coram eo tractanda, non sit suspensus, quoniam sine omni suspicione lites in judicio procedere debent, ideoq; litigatoribus Judices tam ordinarios, quam delegatos suò tempore & modo recusare licet. l. 16. C. de Jud. l. 10. ff. de Jurisd. l. 4. C. eod. c. quod suspecti, 3. qu. 5. c. 4. & 10. extr. de for. compet. Arum. Disp. in π. 7. th. 10. Bachov. ad Treutl. V. 1. Disp. 12. th. 11. lit. H. adeo, ut si judex recusatus procederet, mera sint attentata Camill. Borell. L. 2. Dec. Tit. 36. n. 285. & ipso jure nulla Seccia de Jud. L. 1. c. 101. n. 16. quamvis ordinarium simpliciter recusari posse hodiè minus receptum sit, teste Dn. Ziegel. in Dicast. Concl. 14. §. 5. sed potius Judex superior

superior desuper imploratus per Commissarios causam trahari & decidi jubet, sicque facie suspicium removet, vel saltem suspectio Judici alium adjungit, qui freno ipsum cohibeat, & in terminis juris & justitiae retineat. *Carpz. Proc. Civ.*
Tit. 3. Art. 4. n. 89. 90. Cum igitur tantus litigantium favor sit, non incommodè dilquiritur, an Princeps Judicem cum clausulâ, RECUSATIONE REMOTA, constituere possit? Et variae sunt DD. sententiae. Negativam tueretur
Zasius in l. 10. C. de Jud. n. 22. Myns. Cent. 3. obs. 33. n. 4. seqq. Thomas Sanchez. in Consil. Moral. L. 6. c. 8. dub. 3. n. 14. adde Ruland. de commiss. P. 1. L. 2. c. 15. n. 2. Hippol. de Marsili. sing. 292.
 quasi recusatio suspecti Judicis sit Juris naturalis, nec in Principis potestate situm, defensionem rei fuisse flaminare, *Dn. Zieg. Dicast. Conc. 13. §. 1.* quam firmare videtur e. quod suspecti 3. qu. 5. ibi: nam quodammodo naturale est suspectorum Judicum insidias declinare &c. & clem. pastoralis 2. de sent. & re jud. in medio verb. hac humana fugit ratio, hac abhorret natura. Verum cum possit Princeps Judicem ita dare, ne ab eo provocare liceat, *I. I. §. ult. ff.* à quib. appell. non licet, & accusatione remotâ superfit appellatio, *Gail. L. 1. obs. 33. n. 4.* sententiae affirmativa subscrivere non dubito cum *Jas. in d. 1. 16. n. 25. Ant. Matth. Tr. de Jud. c. 6. apb. 12. Pet. Ant. de Petra Tr. de Jur. quæf. non toll. per Princeps c. 28. n. 37.* cui non repugnant textus supra citati, nam in priori dicitur quodammodo naturale est, judicum suspectorum insidias declinare, quæ dictio, quodammodo improprietatem arguit, & est quidem suspecti judicis exceptio secundum rationem naturaliem, sed non de iure Naturali, quæ diversissima sunt. Posterior vero loquitur de suspicione mortis, quæ est irreparabilis, nos de timore injustitiae, qui reputatur vanus in eo, quem Princeps approbat, *I. I. §. 1. ff. de off. Pref. Præt.* credit enim Princeps, eos, qui ob singularem industriam, explorata eo-
 rum

PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. GEN. CAP. I. 41
rum fide & gravitate ad judicis officii magnitudinem adhi-
bentur, non aliter judicaturos esse, quam ipse foret judicatu-
rus, qui recusari minimè potest. vid. omnino Felin. in cap. 5.
extr. de except. n. 8. seqq. Nihilominus Princeps causam a-
licui ita committens, in dubio de suspicione levi & frivola
clausulam intellexisse cœlebitur, cum ejusmodi rescripta stri-
ctè accipienda sint. Hippol. de Marsil. d. l. Zang. de Except. p. 2.
c. 4. n. 12. Lancellot. de attentat. p. 2. c. 6. n. 40. Grav. L. i. concl. 3.
consid. 1.

§. XII. Tantum de Judice : sequitur actor & Reus.
Actor, qui aliquid in Judicio petit, & prior ad illud provo-
cat, l. 29. ff. de Jud. l. 2. §. 1. comm. div. c. 10. extr. de V. S. in
causâ criminali accusator. Reus (ita dictus l. 1. ff. l. ult. C. de
edend. l. 10. de probat. per excellentiam, quia maximè res e-
jus agitur, alias uterque rei dicuntur Cet. 2. de orat.) qui con-
venit, l. 4. C. de edend. s. contra quem, etiam invitum actio
in judicio instituitur l. 5. 6. C. cod. l. 83. §. 1. d. V. O. Ad agen-
dum verò aut accusandum regulariter nemo invitus cogitur
l. un. C. ut nem. inv. ag. vel accus. cog. Illustris Dn. Struv. S. J.
C. Ex. 9. th. 4. ne à Principe quidem, quia Principis est, non
jubere litigia, sed prohibere. Brunnem. add. l. un. n. 4. Si ta-
men Reip. & Fisci interest, ut propaletetur offensor, Princeps
cogere potest. Cavale. de Brach. Reg. P. 1. n. 34. plures exce-
ptiones vid. in l. 14. C. de his quib. ut indign. l. 5. C. de ingen.
manumiss. l. 18. l. 24. C. de administ. tut. l. 13. §. 30. ff. de acq. empt.
Indio §. XIII. In utrōque, auctore & reō, requiritur, ut legi-
timam personam standi in judicio habeat, i.e. ut non prohibe-
atur arg. l. 43. §. 1. de procurat. tit. C. qui legit. pers. stand.
qui verò prohibeantur vid. late Illustris Dn. Struv. d. Ex. 9. th. 5.
6. 7. Hillig. ad Donell. L. 17. c. 4. 5. Vant. de Nullit. cap. de nullit.
ex defect. inhabilit. n. 1. usque ad 50. Et cum hi quoque de-
fectus partim à naturâ & intellectu dependeant, adeoque

Principis Imperio non subsint, partim à lege, hác unicā distinctione, (vid. § 10.) omnis omnino quæstio de potestate Principis circa habilitatem personarum, tūm Principalium auctoris & rei, tūm minus principalium, advocatorum, procuratorum &c. de quibus nunc prolixè agendum foret, expediri poterit, ideoque nolumus esse prolixiores, sed brevitatis studiō, divinā adstipulante gratiā progredimur ad

CAPUT II.

De Potestate Eminentia Principis
circa causam in Judicium deductam.

Quamvis causæ vocabulum πολύτονος sit, Lexicographū tamen agere, & singula ejus significata, quæ tām in iure nostrō, quam in disciplinis & scientiis aliis varie obtinet, ad nauseam usque hīc recensere nolo. Interim, qui plus justō eā in re curiosus esse velit, eum haud pigeat adire Calvinum, Schard. aliosque his similes. Saltem non præter-eunda acceptio instituto nostro maximē conveniens, quā omne negotium controversum, quod Græcis τούθεις dicitur, hīc comprehendimus. Adeoque Tibi L.B. hoc Cap. materiam seu objectum Judicij exhibit, quod cum Jus penè universum, tūm personarum, tūm rerum, ambitu suō contineat, minimeque paucis pagellarum cancellis includi possit, veniam merebimur, si hāc vice quædam saltem exempla adducemus, & rem summis quasi lineolis monstrabimus. Melioris tamen ordinis gratiā viā regiā incedentes *Jus personarum & rerum distincte* proponemus, si igitur

CAP.

CAP. II. SECT. I.

De Potestate Eminente Principis circa causas ex Jure personarum.

§. I.

Us personarum nihil aliud denotare, quam conditionem & statum hominum, secundum quem in civili societate quisq; regitur, ejusque juri communi utitur, tam notum est, quam quod notissimum. Estque triplex: Libertatis, Civitatis & familiae. Nos hic statutus vocabulum paulo latius accipimus, ut aliam quoq; conditionem & qualitatem personam extrinsecus sufficientem includamus. Et missò quidem statu libertatis, secundum quem ex Jure Gentium alii liberi dicuntur, alii servi, quoniam servitutis exiguis in nostra Rep. usus & vix quædam sui vestigia reliquit, statim transimus, ad alteram personarum divisionem, qua est ex Jure Civili, & personas considerat in statu Civitatis & Familiae.

§. II. In statu Civitatis alii Cives sunt, alii peregrini: Cives dicitur, qui immunitatis, jurium atque onerum in civitate particeps est, vid. Bodin. L. 5. de Rep. c. 6. Arnij. Relect. polit. L. 1. c. 5. quorum participatio ei ex conventione cum civitate inita competit, Bart. in l. 1. ff. ad municip. nam qui receptus est in civem, obligatus ad conferendum commoda Dec. V. 2. Conf. 11. in pr. sive forma ejus sit monarchica, sive poliarchica: Sic in statu Democratico inter Civitatem & Cives singulos ita videtur conventum, ut quæcunque consensu majoris partis singulis imponuntur onera, & statuantur, ea rata sint, & singulos obligent, reclusus non nunquam an pejus pars major sentiat, quoad vim obligationis non interesset Ulr. Huber, de Jur. Civ. L. 1. c. 9. §. 8. idem valet

F. 2

Sententia

44 DE POTESTATE EMINENTE PRINCIPALI

sententia optimatum in Aristocratiā, & placitum Principis in statu Monarchicō : hincsi Princeps civibus receptis ex arbitriō & usū Reip. onera etiam extraordinaria injunxerit, vel quibusdam immunitatem ab oneribus concesserit, reliqui non habent, de quō justē conqueri possint, quamvis onera eā in parte non diminuantur. Pet. Ant. de Pet. de Jur. quas. non toll. c. 6. n. 115. quæ tamen immunitas non trahitur ad onera imposta ratione belli insoliti supervenientis, cum de hujusmodi bellō non præsumatur cogitatum l. 1. C. de quib. mun. & præst. nem. lic. se excus. L. 10. ibid. Brunnem. Ox. ascus Dec. 91. & 93. add. Franc. Marcum qu. 457. aut alterius instantis necessitatis Hartm. Hartm. L. 2. c. 6. tit. de censibus. Sed num tale privilegium adjectā causulā, lege obstante, à Principe concessum valeat, ut nec publicā necessitate emergente collecta à quibusdam exigantur? Et videtur quod sic, quia valet privilegium contra legem, quod inde privatio legis dicitur, dum tamen dicta clausula addita sit, l. 22. de legat. 3. Carol. Tapia in Rub. ff. de Conf. Princ. c. 2. n. 9. Contrarium tamen rectius sentit Jac. Rebuff. in d. l. 1. C. de quib. mun. & præst. siquidem ejusmodi privilegium impedit defensionem Reip. & in ejus dissipationem tenderet, adeoque Principem id serio concessisse haud præsumendum. Paul. Christin. De eis. Belg. V. s. Dec. 48. n. 45. Præterea dicta conventionis vim eo extendit H. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 25. §. 3. ut, si civis unus, quamvis innocens, ad exitium ab hoste depositatur, tenetur is se tradere hosti, non quidem Jure strictō & proprio, quia sui quisque commodi causā societatem iniisse videtur, sed caritatis lege, quæ quamvis necessitatis non sit, Princeps tamen ei vim addere, & civem, ut ad alia, quæ virtus quælibet præcipit, sic quoque cogere possit, ut maximæ multiitudinis innocentis vitam suæ unius præferat, & id faciat, quod caritas exigit, à quō dissentit Bæcl. in Comm. d. l. p. 94. 99. Hornius in Polit. Architecton. L. 2. c. 2. §. 19. aliquie.

§. III.



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. C. II. SECT. I. 45

§. III. Peregrinileu extranei sunt vel ab initio tales,
vel qui ex postfacto pro iisdem habentur: Prioris generis
sunt Judæi, antequam sc. recipiuntur, quippe quod hodiè
non modo Electoribus Aur. Bull. Tit. o. in fin. sed & reliquis
Statibus liberum est, Reformat. guter Policyey Ordnung zu
Augsburg de An. 1548. Tit. von den Jüden und ihren Wiss.
Item nachdem &c. ab aliis verò recepti securitate
publica non gaudent Policyey Ord. zu Frankfurt eod. etie.
§. da aber jemand &c. Sicque mandatum sine clausula in
Camerâ Imperiali decretum d. 10. Jan. An. 1580. in causâ
Cassel contra Wilsheim die Abschaffung der Jüden zu Konse
betrifffend. vid. ap. Ruland. de Commiss. P. 2. C. 5. c. 4. n. 50. Sed
an Electores & Status Judæos recipere possint concessio usu
rarum privilegiò & anceps est quæstio & profunda secun
dum Jas. in L. 1. C. de summ. Trinit. n. 32. ubi dicit: se malle esse
auditorem, quam Doctrem, quia periculosa videatur ipsius tra
ctatio. Sententia negativa ferè communior, quam tuer
tur Clarus in §. usura L. 5. Covarr. variar. Resolut. L. 3. c. 1.
n. 8. Riminald. Conf. 399. n. 15. Gail. L. 2. obf. 5. n. 19. Ant. Thes
saur. Dec. 57. Ostav. Cacheran. Dec. Senat. Pedemont. 137. n. 18.
19. qui metuit se excommunicationis pœnam incurrire, si aliter
sentiret, rationes operosè collegit Menoch. A. P. Q. L. 2. cent.
4. Cas. 398. At affirmativa prior est, quem sequitur Ale
xand. L. 2. Conf. 1. Paul. de Castro L. 1. Conf. 358 & L. 2. Conf. 467.
ac late defendit Casp. Ant. Thess. in Conf. d. Decis. 97. Ant. Thess.
additò per eot. Nam cum usuræ sint mediae naturæ, per se
neque bonæ neque moraliter malæ, sed ex accidenti tales,
minimè verò Juri Divino, Naturæ & Gentium contrariæ,
quin Princeps Judæis (arg. c. 18. extr. de usur. à contrariò
sensu deducto) usuras moderatas & ob usum commercio
rum non nunquam majores, quam Christianis, concedere
possit, non dubito.

F 3

§. IV. Post-

§. IV. Postquam verò Judæi recepti sunt, commun
Civium Jure utuntur, *Myaf. Cent. 5. observ. 6. l. 7. C. de Judæis
ibid. Brunnem. n. 3. Wechner. in Obs. Pract. verb. Jüden.* nec
Princeps eos pro libitu civitate ejicere potest *Steph.
Gratian. discept. forens. Tom. 4. c. 654. n. 34.* atque ita manda
tum cum clausulâ in causâ Joachim Ferber Jüden zu North
hausen/contra Bürgemeister und Rath der Stadt Northausen
An. 1551. decretum, multisq; aliis varie judicatum esse
refert, *Ruland. de Commiss. P. 3. L. 7. c. 3. n. 5.* & ex eō *Reink. de
R. S. & E. L. 2. Clas. 2. c. 3. num. 47.* nisi salus Reip. id postulet,
aut Christianis periculum & scandalum immineat, quoni
am si abusi fuerint gratiâ, tanquam ingrati privilegiô justè
privantur, *Oldrad. de Ponte Conf. 87.* Sed an Princeps Ju
dæorum infantes invitis & ignorantibus Parentibus bapti
zari recte jubeat? non minus dubium est. Affirmativam
sententiam à Rege Neapolitanô executioni mandatam te
statur *Matth. de Afflictio Deccis. 151.* ubi in utramque partem
late disputat. Contrarium sentit *Frid. Balduin. de Cas. Conf.
L. 4. c. 8. cas. 8.* cui adstipulatur *Reink. d. l. n. 43. 44.*

§. V. Pro peregrinis habentur deportati, & qui his
in Imperiō nostrō similes, *Banniti, Nell. Tr. de Bannit. P. 1. q. 4.*
quos Princeps ex potestate eminente etiam sine causâ or
dini suo restituit, licet ordinariè causa requiratur *l. 4. ff. de
pæn.* & quamvis tantum ad restitutionem indulgentia vale
at, quantum ad correctionem sententia valuit, utque depor
tationis & Banni imperialis ipsum per se nomen rerum o
mnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio bonorum ac
dignitatis unō nomine amissorum omnium sit recuperatio
*l. f. §. f. C. de sent. pass. & rest. quoad bona tamen alienata
interest, an restitutio facta sit ex justitiâ, vel ex gratiâ Hahn.
ad Wesenb. tit. ff. de sentent. pass. & rest. n. 3.* illa extenditur et
iam ad bona alienata & alteri plenè qualita; Hæc neque bo
na

PRINCIPIS IN JUDICIO PART. SPEC. C. II. SECT. I. 47

na alienata, neque honores & dignitates aliis collatas regulatamente continet, c. 8. de Rescript. in 6to. Gail. de P. P. L. 2. c. 19.
n. 3. & 23. & DD. in d. l. C. de sentent. pass. & restit. adde
Bart. in l. 2. ff. de decurion. n. 1. ubi dicit Doctorem civitate
pulsum & postea restitutum non recuperare locum pristinum in
collegio Doctorum, sed pro novitio habendum, quia restitutio
Principis in dubio non videtur in præjudicium tertii facta,
d. c. 8. in fin. l. 2. §. 10. & 16. ne quid in loc. pub. Modest. Pist.
Vol. 2. Conf. 12. num. 30. si verò restitutio nominatim in omnibus
bonis facta sit, & Princeps expresse & ex certa scientia, de
alienatis dixerit, consequi videtur, quod bona etiam alienata
complectatur, arg. d. c. 8. de rescript. in 6to. l. 21. de jur. patro-
nat. l. f. pr. C. de sentent. pass. & rest. quia Princeps Jus civilis
ratione quæsumum auferre potest Paul. de Cast. in l. 23. pr. de
Aff. nisi à Fisco alienata sint. l. 4. C. de quadriennio præscript.
Hæc tamen sententia non ita simpliciter admittenda est, sed
ita demum, si acquisitio tertio facta immediate causam trahit ab ipsa condemnatione & delicto, nullò paclō vel alio ac-
quirentis factō interveniente, quod de casu loquitur l. 21. de
jur. patron. & l. f. pr. C. de sent. pass. & rest. quia & liberatio
juris patronatus & patriæ potestatis in libertum & filium di-
recte & immediate, nullò alio factō interveniente transierat;
sic & res se habet in d. l. 22. de A. P. quod sc. jura hæreditaria
sine illâ apprehensione & novô factō in heredem transeant,
si vero ultra condemnationem vel delictum, contractus, vel
aliud factum, puta apprehensio acquirentis, intercedat, secus
est, & restitutio ad bona alienata haud quam porrigitur,
Modest. Pistor. d. Conf. 12. n. 57. ratio differentia est, quod con-
tractus plerique Juris Gentium sint l. 5. de J. & J. & §. 2. J.
de J. N. G. & C. quod Princeps obligatur, & facta naturalia, l. 53.
de A. R. D. quæ Jure Civili infirmari non possunt l. 1. §. 4. de
A. P. contractus vero Juris civilis firmat traditio, ex quâ na-
turaliter acquirimus l. 20. C. de part. §. 40. J. de R. D. §. VI.



48 J. T. DE POTESTATE EMINENTE

§. VI. In statu familiae plures personae sub unius potestate natura aut jure sociatae sunt. Personae jure sociatae sunt conjuges & servi, natura liberi, ex quibus familia constituitur. Triplici igitur conjunctione Familia constat, Patris, familias, cum uxore, cum liberis, cum servis, *Utr. Hub. de Jur. Civ. L. 2. c. 1. §. 23.*

§. VII. Prima conjunctio fit per nuptias, quae humano generi immortalitatem artificiosè introducere videntur, genera procreatione filiorum augent & renovant, quae renovata manent, *Nov. 22. pref.* & cum Reip. Civibus repletiadeò intersit *l. 1. ff. solut. matrim.* ut *Hadrianus in l. 7. §. 3. ff. de bon. damnat.* se Imperium hominum adjectione magis, quam pecuniarum copia ampliari malle, & Imp. Justinianus nuptias ampliori Principis solicitudine, quam alia, dignas esse dixerit, *d. Nov. 22. pref.* rem non plane alienam agere videbor aliis, si prius in nuptiarum contrahendarum libertatem, quatenus ea potestati Principis subdit, disquisi- vero.

§. VIII. Ut nuptiae seu matrimonia libera sint, communi DD. calculo requiritur, ne alias, cum hoc sit vinculum indissolubile, is, qui cogeretur contrahere matrimonium cum personâ sibi odiosa, addiceretur perpetua servituti duriori, quam si absolutè prohiberetur abstinere matrimonio *l. 63. ff. de condit. & demonst.* ideoque *Alexand. III. plenâ, inquit, securitate ille gaudere debet, cuius animus est indagandus, quando de matrimonio queritur, ne per timorem dicat, sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de invitatis solet nuptias provenire c. 14. extr. de sponsal. & matrim. quibus accedit sanctio Concil. Trident. Sess. 24. de reformat. c. 9.* Principibus & aliis potentioribus sub anathematis poenâ districte inhibentis, ne quovis modô directè vel indirectè subditos suos cogant, quo minus libere matrimonia sua contrahant *vid. Francisc. Nig. Cyriac.*



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. C. II. SECT. I. 49

Cyriac. Controv. Eozens. 451. n. 76. Verum cum sub hac libertatis specie, qui coelibatum profitentur, Germanis die Hagesstolzen/vid. Schortel. de Jur. Germ. sing. c. i. se publicæ utilitati subtrahant, immo cum matrimonium non modo apud Gentes quasdam necessitatis fuerit teste *Mylero in Gamolog.* c. 4. sect. 2. §. 39. sed & hodiernum nostrates Theologi provocantes ad c. i. Genf. v. 28. Jus præceptivum (nisi præceptum superius, vocatio sc. divina planè singularis & continentia certiudo obstat & impotentia, vid. DD. ad. ad Corintb. 7,7.) hic agnoscere non dubitent, minimè ambigo, quin Princeps cives, ne ex mente Imp. Aug. homicidii rei sint, dum eos non procreant, quos nasci ex iis conveniebat, Dion. histor. L. 56. Sed liberis generandis & educandis operam dent, vitamque, quam ipsi à Parentibus acceperunt, vicissim quasi tædam ardenter posteris tradant, (Plato L. 6. de LL.) cogere possit, nam neque valetudinis curatio, neque navigatio, neque agricultura, neque, fructuum perceptio & conservatio sine operâ hominum fieri potest, ita dicente Tull. L. 2. off. quibus omnibus conservatur Resp. videretur igitur Princeps Remp. negligere si matrimonia, ex quibus procreantur liberi, negligeret. Sie Gel. L. 1. Noß. Attic. c. 16. refert orationem Metelli illius Numicidi, quam in censura ad Populum, ut omnes omnino liberorum quærendorum causâ uxores ducere cogerentur, habuit, & postea Aug. Cæsar, cum de maritandis ordinibus ageret, in simili recitavit, teste Floro in Epitome Livii L. 29. totque prostant Romano-rū constitutiones poenales in coelibes de quibus vid. Frantz. L. 2. Resol. 15. n. 2. seqq. Exinde tamen non omnis tollitur libertas, sed solum ea, quæ dicitur exercitii s. contradicitionis salvâ interim libertate quoad speciem actus contrarie-tatis) seu individui, quam pace Philosophorum hic ita appellare licet, de quâ text. supra citati exaudiendi sunt. Si

G

præterea



30 DE POTESTATE EMINENTE
præterea nuptias quis expertat personæ, cum comminatione
quelli, an illa tradenda sit invita? prolixè examinare superse-
deo, hujus enim loci propriè non est: videlicet Horn. in Polit.
Architect. L. 2. n. 20. ubi aff. add. Bæcl. ad H. Grot. L. 2. c. 2. §. 20.

§. IX. Constituantur nuptiæ consensu, l. 30. de R. J.
tum contrahentium l. 11. de sponsal. l. 12. de nupt. tum eorum
in quorum potestate sunt, l. 2. l. 18. C. de rit. nupt. pr. J. de
nupt. at si liberis frivole assentiri nolint, morositati illorum
simpliciter indulgendum non est, sed Princeps, qui com-
munis Pater est, l. 4. C. de defensor. Civit. defectum hunc sup-
plere & Patris loco consentire poterit Brunnem. ad l. 19 ff.
de rit. nupt. quod supremum Consistorum in Elect. Saxon.
in sententiâ quâdam d. 15. Septembr. an. 1634. verb. So wird
solches Ehegelöbniss / wegen eures als des Vaters nicht erlang-
ten/noch von der hohen Obrigkeit supplirten consensus, vor
hemlich und unbündig billich erkant / & d. 3. Septembr. an. 1638.
verb. Da keine Umstände vorhanden / derowegen die hohe Obrige-
keit den gesuchten consensum der Eltern ex officio suppli-
ren sollen w. expressisse testatur Carpov. Jurispr. Eccles. L. 2.
Tit. 3. Def. 13. n. 15. Id. L. 5. Respons. 110. n. 12. seqq.

§. X. Ne tamen Neonymphi statim, ut facta est mu-
tua nuptiarum promissio, effreni libidinis impetu ad con-
cubitum prouant, sed in re tam arduâ honestas ubique ser-
vetur, Sacrô Canonum Jure, moribus & legibus provincia-
libus passim constitutum est, ut sponsus & sponsa in solenni
Ecclesiæ coetu triuâ vice ex suggestu publicè proclamentur
c. 3. extr. de clandest. despensat. c. 6. extr. qui matrim. accus.
poss. Concil. Trident. Seß. 24. c. 1. de reformat. matrim. Ord. Ma-
trim. Sax. de an. 1624 punct. 5. von der Copulation und Hoch-
zeit. qua proclamatio quamvis pia sit & rationabilis, nullibi-
tamen à Deo reperitur mandata, adeoque Princeps hanc
procul dubio partibus remittere potest, maximè necessitatis
causa:



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC CAP. II. SECT. I. § 1
casu, cum actiones hominum civiles ad normam legum regulandæ à necessitate invitis etiam legibus in transversum rapiantur. Excellent. Dn. Pet. Müller. *JCetus & hujus Salane Prof. Publ. celeberrimus in Diff. de Hierolog. Sect. 4. th. 3. Carpzov. Jurispr. Eccles. L. 2. Tit. 8. D. 139. n. 4. seqq.* qualisque verò urgeat ratio & necessitas, inferiori tamen Magistrati aut Superintendenti (absque Consistorii autoritate) hanc dispensationem licere dubito, secus quam statuit *Carpzov. d. l. Def. 141.* fieri enim potest, ut Princeps, cui Jus dispensandi proprium est, malit servari leges, quam negligi. Certè an Princeps à lege recedi velit, incertum est, cujus sine cognitâ voluntate Dispensatio justa esse non potest, idque in omni dispensatione obtinet, ut regius sentit *Idem Carpz. d. l. Def. 162. n. 10. seqq.* ex præsumtâ verò voluntate Principis agere, res est periculi plena.

§. XI. Cui sententia nostra obstare videtur, quod Vicariis Episcopi licita sit hæc dispensatio, ita *Francisc. Nig. Cyriac. Contr. Forens. 262. n. 37.* quia vicarius ordinariam habeat potestatem, *Franc. Mare. Dec. 317. num. 1. P. I. Sanchez. de Matrim. L. 3. Disp. 29. And. Vallens. in n. Jur. Can. de off. Vicar. §. 5.* ordinariorum autem arbitrio expressè relinquitur *Concil. Trident. Sess. 24. c. 1. de reformat. matrim. verb. nisi ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciations remittantur, quod illius prudentia & judicio sancta Synodus relinquunt.* Jam verò superintendentes & inferiores Consistoriales videntur in terris nostris esse Vicarii Episcopi & Principis, quem supra ob duplēm Jurisdictionem duplēm quasi personam sustinere diximus, adeoq; sequeatur ordinariam habere potestatem, & denunciationem Ecclesiasticam absq; speciali Principis præscitu omittere posse. Sed rectè negat, quod est majoris loco, *Menoch. Conf. 69. n. 55.* Vicario sc. Episcopi hanc dispensationem licere, quia d.

32 DE POTESTATE EMINENTE

constitutione Conciliari ipsius Episcopi arbitrio relinquatur, prudentia & judicio, non alterius, cuius industria haud
eque electa ac probata est, adeoque dispensatio ei mandari
non potest, maximè in causâ matrimoniali, quæ ardua est.
Menoch. Q. 7. A. L. 1. qu. 54 n. 7. seqq. neque vicarius Episcopi
ordinarius est, cuius Jurisdictio morte Episcopi expirat, sicut
Jurisdictio delegati morte delegantis, c. 20. 30. extr. de off.
Jud. deleg. quique vices Episcopi gerit c. 3. pr. de appell. in 6to.
sicut delegatus fungitur vice delegantis l. 1. § 1. de off. ejus cui
mand. est Jurisd. l. 16. de Jurisd. Zes. ad Decret. de off. Jud. de
legat. n. 2. *Dn. Ziegl. ad Inst. Lancellor. L. 3. Tte. 1. § 11. in not.* Li
cet igitur concedamus Superintendentes pro Vicariis Epi
scopi, aut loco Episcopi habendos esse, *Reink. d. R.S. & E. L. 3.*
Class. 2. c. 3. n. 16. hos tamen omissa proclamatione publicâ
conjuges copulare posse negamus, sed res portius ad Princi
pem deferenda est, aut supremum ejus consistorium, in quô
ipse Judicat; & legis à se latâ solemnitatem remittit. Ita Seren.
Elector Saxon. Superintendēti Torgensi d. 30. Junii An 1628.
Ums ist euer unterthänigster Bericht eines Böhmischen von Al
dels Johann N. Diener und Dienerin eheliche Copulation be
tressende/gebührend vorgetrageti worden. Wann wir denn
gnädigst zu frieden/ daß angeführter Uhrsachen halben ange
regte copulation ohne vorgehende proclamation geschehen mö
ge; Als &c. & Consist. Suprem. Archidiacono Chemicen
si d. 24. Maii An. 1611. Aufs euer an Ums gehanes Schreiben
mögen wir euch in Antwort nicht bergen: Würde ein fremder
Soldat im fortzehen seyn &c. referente *Carpov. d. 1. Def. 139.*
241. in fin.

§. XII. Finis dictæ denunciationis inter alios is est, ut
si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, *Concil.*
Tridentin. d. Scff. 24. c. 1. siquidem varia obstant, quo minus
hypothecaleant, sc. status, natura, cognatio, affinitas, delictum,
potestas,



PRINCIPIS IN JUDICIO.PART. SPEC.C. II. SECT.I. 53
potestas,honestas &c. Strauch. Diff. 2. tb. 9. 10. seqq. Hahn in
not. ad Wieseb. de rit. nupt. n. 4. seqq. In quibus remove n-
dis Præfules Romani plus justō faciles sunt, adeo, ut ratione
cognitionis à gradu primō, tam in linea recta, quam colla-
terali, & affinitatis gradu primō rectæ tantum linea abstine-
ant, in reliquis vero gradibus divinō quoque jure prohibitis
veniam nubendi concedere non dubitent. Sic Rex An-
glia Henricus II. Arturi Fratris defuncti uxorem assensu
Pontificum Julii II. Leonis XI. Adriani VI. Clementis VII.
Rex Sicilia Ferdinandus amitam suam Johannam indultu
Alexandri VII. & Rex Portugallia duas sorores dispensante
Pontifice in uxores duxit, vid Carpz. Jurispr Eccles. L. 2. Tit. 7.
Def. 109. Sed quos illuxit ingenuæ pietatis & veritatis amor,
Principes Nostri Summi Numinis verentur jura, nō violant,
nec sinunt ortū autores cum suā sobole, aut in se ipsis, aut et-
iam per personas sanguine, aut nupti. li sanguinis cōmixti-
one proximē coharentes misceri, quod naturalis verecūdia
prohibet. H. Grot. d. J. B. & P. L. 2. c. 5. §. 13. etiam in dubio,
ubi de prohibitione Juris Divini non satis constat. Sic Sere-
niss. Elector Saxonia nuptias in gradu secundō affinitatis li-
nea inæqualis, si sc. prædefunctæ uxoris sororis filiam, pari-
live modō sibi junctam affinem quis ducere velit, (ex hypo-
thesi) J Ctorum Lipsiensium haud improbabili vid. Carpz. ov.
Jurispr. Eccles. L. 2. Tit. 7. Def. 112. & Dn. Bachhelbel à Gehag
in Diff. Inaug. eō de gradu nuper Lipsiae habitā) nunquam
permittit, quamvis pro summā, quā eminet potestate, om-
nino possit, siquidem nullib[us] exp[ress]e prohibentur, atque
ita s[ecundu]m h[ab]e Jenae Illustris Fac. Juridica respondit. vid. B. Dn.
Richs. Decis. 11. n. 13. & haud ita pridem ad consultationem
Daniel Osterhausens in Halle/verb. sent. Ob nun wohl &c.
Dennoch aber und dieweil (1.) mit besserm Grund dafür gehal-
ten wird/daz in dem nur ein einziges Exempel in Gottes Wort



54 DE POTESTATE EMINENTE

sich findet / da in diesen Grad der Verwandtschafft die Ehe verboten / nemlich daß einer seines Vaters Bruders Witwe nicht ehlichen solle / daher es nicht wohl thunlich seyn wolle / nur bloß auff die Gleichheit des gradus zusehen / wie zwar sonst billig geschieht / si quando unio exemplō plura ejusdem gradus prohibiti exprimuntur *Bez. a de repud.* & *divort.* & Lutherus im Wüchlein vom ehelichen Leben. Auch (2.) in denen gemeinen Käyserlichen Rechten in eō gradu affinitatis die Ehe nicht verboten wird / immassen diejenige prohibitiones / so diffalls de pari gradu cognitionis sich finden / als nemlich de fratri filiā hier hin nicht zu ziehen / und die Regul quod eadem affinitatis in prohibitione Nuptiarum / qua cognitionis sit ratio / in linea recta wohl / aber nicht ebener Gestalt in linea collaterali angeht. So halten wir mit Beyfall verschiedner vornehmer Rechtslehrer diese Meinung vor bewährter / und wann in diesem Fall kein sonderbares Verboth / daß die dispensation weder gesucht noch gestattet werden solle / verhandeln / oder auch dasjenige / so vorhanden / von denen Untergerichten oder Consistorien ausgeleget und verstanden werden könnte / möchte ihr euch der dispensation auff gezielendes unterthänigstes Anhalten von Ew. LandesFürstl. Obrigkeit wohl getrostēn *B. R. W.*

§. XIII. Nuptiis morte aliaque causā legibus cognitā solutis alteruter conjugum ad vota secunda licite transit, quippe explosa dudum est Ethnicorum & Veterum sententia, quæ iterata conjugia simpliciter damnat, *vid. Excellent. D. Pet. Müller in dissert. de odio secund. nupt. c. 1. Carpzov. Jurispr. Ecclesiast. L. 2. Tit. 9. Def. 158.* ne tamen non sine levitatis maculā in rogā prioris conjugis novae maritales accendantur faces, & pristini amoris memoria penitus effluxisse videatur, optimā ratione constitutum est, ut alter alterutrum lugeat. Et maritus quidem Jure Romano tantisper nullā certā ad id tenebatur lege *I. 9. de bis qui not. inf. dum postea Religio-*



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPE C. C.II. SECT. I. 55

Religiosissimi Germaniae Principes h. ic rei modum legibus suis dederunt, sic Sereniss. Elector Saxon. in ord. matrim. de an. 1624. punct. 5. §. Was endlich Witber und Witben anlanget/verb. So wollen Wir / daß hinführro ein Witber zum wenigsten ein halbes Jahr die Trauerzeit halte / und für Ausgang desselben sich wieder zuverehlichen oder Hochzeit anzustellen nicht Macht haben soll. In muliere vero specialis urget ratio, quod maritum tum jure civili l. 2. C. de secund. nupt. tum Sax. d. Ord. Matrim. punct. 5. §. Was endlich verb. Wenn denn solches der Erbarkeit und natürlichen Pflicht zuwider / so wollen Wir / daß hinführro eine Witwe ein ganzes Jahr ihre Trauerzeit halten ic. per integrum annum lugere debeat , turbatio sc. sanguinis l. 11. §. 1. ff. de his qui not. inf. igitur & eorum qui lugentur, & qui lugeri non possunt, uxores prohibentur intra luctus tempus nubere Gothof. d. l. in not. lit. t. sub pena infamia. quæ etiam irrogatur ei, qui sciens eam duxit, & qui ducere passus est d. l. 11. §. 3. & 4. (secus Jur. Can. c. Euphemium. 2 qu. 3. c. pen. & ult. extr. de secund. nupt. quod irrationaliter, & non obtinet) & amissione beneficiorum omnium l. i. C. b. t. quæ in Foro Sax. abolita Landrecht L. 1. art. 5. Carpz. Jurispr. Eccles. L. 2. Def. 162. num. 3. substitutâ poenâ arbitriariâ Id. Prax. Crim. P. 2. qu. 15. num. 81. Si vero autoritate Principis secundo contrarerit, poenâ tam Saxonici juris, quam Civilis, sicubi ea obtinet, (obligata saltem, si liberos ex priori matrimonio suscepit, formâ l. 4. C. ad SCium Tertull. ut sc. iis facultatum omnium, quæ fuerunt tempore nuptiarum, medietatem purè & omni donationis solennitate completâ donet) etiam eâ, quæ in favorem liberorum introducta l. 1. & 2. C. de secund. nupt. immunitis est, licet mentio hujus posterioris diserte facta non sit, sed simplicem solum indulgentiam impetraverit, Pet. Gilken. Tr. de usucap. & pref. P. 3. c. 3. n. 307. Dec. ad Aut. h. eisdem C. de secund. nupt. quod si neglegemus,



gemus, sequeretur rescriptum d. 4. C. ad SC̄um Tertull. nī
ll̄ operari, cum tamen rescriptum Principis ita semper in-
telligi debeat, ut aliquid præstet, & largiatur, nec tamen ter-
tio præjudicet, c. 10. de privil. in oto. adeoque donatio illa ipsi
non consetur remissa, vid. Carol. Tapia ad Rub. ff. de Const.
Princ. c. 2. n. 23. & legis fin. P. 1. C. 1. num. 1. seqq.

§. XIV. Altera in Familia societas orta & priori inter
Parentes liberosque ex justis nuptiis natos intercedit, Ulr.
Hub. de Jur. Civ. L. 2. c. 2. §. 1. (vid. b. Sc̄t. I. §. VI.) Justæ au-
tem nuptiæ sunt vel ab initio tales, de quibus suprà ex parte
diximus, vel ex post factò justæ efficiuntur sc. per legitimationem Tabor. Partit. Element. P. 1. tb. 15. quâ subsequentे li-
beri naturales seu ex concubinâ nati, hodiè etiam Spurii, illu-
stris Dn. Struv. S. J. C. Ex. 3. tb. 13. (non verò adulterini ac
incestuosi ne quidem Principis autoritate, non enim Princeps
facere potest, ut quis uxorem legitimam habens & alteram ha-
beat, polygamiâ Jure Divinò probibiat & ut matrimonium in
legitimatione saltem singatur inter personas, inter quas matri-
monii Jus non est, sunt verba Strauchii Diss. 4. tb. 3. adde Bach,
ad Tr. V. 1. Disp. 2. tb. 6. lit. G. nisi in vim dispensationis
Ludv. Ex. 2. tb. 7. lit. b. maxima verò differentia inter le-
gitimationem & dispensationem, Gail L. 2. obs. 124. n. 17.) adeoque iniqui, qui à familiâ removebantur, quamvis justi li-
beri adsint, Gail. L. 2. obs. 142. n. 7. sunt legitimi, atque cum
naturalibus & legitimis per omnia & in omnibus idem Jus
obtinent, Nov. 89. c. 8. 9. Gail. L. 2. obs. 140. n. 23. Als wann sie
echt undreht und aus einem Ehebette geboren. Etiam success-
ionis, in rebus sc. allodialibus, modò casu, quô naturales &
legitimi concurrunt, legitimatio ex certâ Principis scientiâ,
B. Dn. Richt. de success ab intest. Sc̄t. 1. M. 1. n. 6. & ante mor-
tem patris facta sit, post mortem & hereditate jam plenè aliis
quælitâ non valet, Hahn, in not. ad Weisenb. de his qui sui vel
alien.

PRINCIPIS IN JUDICIO.PART.SPEC.C.II.SECT.I. 57

alien. jur. n. 3. verb. per diploma. ubi ita d. 25. Jul. anno 1621.
Helmstadii responsum fuisse refert. Sed non in feudalibus
2. F. 26.c. 4. §. naturales. ibid. Alvarottus, Zasius in Epit. Feud.
P. 8. de success. feud. n. 72. sive soli, sive cum aliis, quamvis po-
stea fiant legitimi d. §. naturales. idque honestatis gratia,
quam semper colendam censet Justinianus in l. 5. C. ad
SCum Orfei. Distinguunt quidem Doctores communiter
inter legitimatos per rescriptum Principis & ex subsequen-
te matrimonio : His facultatem succedendi in feudis tri-
buunt; In illis vero prohibitionem d. §. naturales retinent.
Nos veritatem theoricae magis convenire concludimus, si tex-
tum 2. F. 26. §. naturales, ut generaliter & indistincte loqui-
tur, ita etiam accipiamus, ut legitimati quoconque modo le-
gitimati fuerint, regulariter & jure communi ad successio-
nem feudi non admittantur, Ludov. Synops. Feud. c. 10. p. m.
210. quoniam nulla certa & indubitate dari potest ratio, ob
quam d. §. ad eos solum, qui per Rescriptum legitimantur,
restringendus sit. Nam poterat Feudista id exprimere, si
voluisset, & dici non potest, per rescriptum quem potuisse
legitimari, si naturales legitimi jam extitissent; dein non qui-
libet legitimi, sed qui vitiis carent, succedunt in feudis, ideoq;
licet matrimonium omnia purget vicia c. 6. extr. qui fil. sine
legit. fit tamen illud non mutata rei veritate, sed fictione Ju-
ris, qua quidem tantum operatur, quantum veritas ipsa, so-
lum vero respectu istius Juris, a quo fictio est introducta.
Cumque ea dependeat a Jure Civili, etiam ad effectus istius
juris restringenda, nec ad Jus Feudale, feudiique successio-
nem contra expressum textum 2. F. 26. §. naturales exten-
tenda, Bachov. ad Tr. V. I. Disp. 2. th. 6. lit. f. Ex quibus & simi-
libus rationibus Hartm. Pistor. L. 2. qu. 41. n. 37. refert Saxonie
Nobiles a Principe suo petiisse, ne legitimati per subsequens
matrimonium ad feuda admitterentur, atque Electorem.

H

Mauri-



58 DE POTESTATE EMINENTE

Mauritium constitutione id ipsum approbasse, quale quid ab Henrico Julio, Duce Brunsvicensi, non minus effectum esse vid. apud Hahn. ad Wesenb. de his qui sui vel alien. jur. n. 5. verb. per diploma. Usu alias contrarium obtinet, Bitschius ad consuet. feud. 2. F. 26. d. §. & admittuntur ita legitimati non tantum soli, verum etiam si cum legitime natis concurrant Carpzov. Jurispr. forens. P. 3. C. 28. D. 17. licet in investitura habeantur verba: Für sich und seine ehlich gebohrne Leibes Lehens Erben / illustris Dn. Struv. S. J. F. c. 9. §. 3. n. 12. Cum igitur procul dubio legitimati per rescriptum Principis ad successionem feudi inhabiles sint, maximè dubium est, num hic defectus Principis potestati ita subsit, ut naturales expressè ad hanc successionem ab eo legitimati, invitis iis, quorum interest, in feudo tūm novo, tūm antiquo possint succedere. Negat Hartm. Pistor. L. 2. P. 2. qu. 40. num. 24. Hahn. ad Wesenb. d. 1. Fachin. Contr. L. 7. c. 49. 50. Carpz. Jurisp. for. P. 3. C. 18. D. 16. Affirmat Dav. Mey. P. 9. Dec. 125. 126. Clar. L. 4. sentent. §. feud. qu. 82. Decius Conf. 269. n. 10. Boer. Dec. 123. n. 4. Rosenzthal de Feud. Conc. 19. n. 42. 25. scqq. Gail. L. 2. Obs. 124. num. 13. quorum sententiam hic nostram facimus, eaque procedit, sive in feudo novō legitimatio ab ipso feudi dominō, vel eo expressè consentiente facta sit, quod omnes admittunt, sive ab eo, qui Dominō feudi major est, Curt. jun. Conf. I. n. 16. Roland. à Valle V. 3. Conf. 22. in utrōque vero etiam sine citatione eorum, quorum interest, Francisc. Nig. Cyriac. Controv. forens. 208. Cavallos Spec. Aur. opin. comm. qu. 582. Boer. Dec. 122. n. 2. Eman. Suarez. in thesaur. recept. sent. in lit. L. n. 98. quia regulariter citatio non requiritur, quando actus invitō eo, qui citandus est, explicari possit, vel si præsens a cūm impedit non possit. l. 4. §. 2. de fideicom. libert. l. 28. §. 5. ff. eod. l. 6. §. 1. ad SCum Trebell. minimèque æquitati naturali contraria est. Nam (1.) Jus agnatis Jure Civilia acquisitum, nec dum



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. C. II. SECT. I. 59

dum tempore legitimatis vivente adhuc Patre plenē
quæstitum, sed saltem acquirendum est, quod sive Jure Civili,
sive Jure Gentium quærendum sit, à Principe tolli potest,
Gail. L. 2. Obs. 142. n. 13. Carpzov. P. 3. Const. 31. d. 13. n. 8. vid.
supra dicta Part. Gen. cap. 2. §. 15. p. 23. insin. imo Princeps
naturalem ad feuda legitimando non auffert directo domi-
no nec agnatis eorundem Jus, sed spem successionis illorum
prorogat, remotō obſtaculo, quod naturalem impediēbat,
prout distincte & perſpicue docet *Rosenhal de Feud. d. cont.*
19. num. 26. 27. Paul. Christian. Decis Belg. V. 6. Dec. 41. num. 54.
Ex quibus præterea inferri potest, Imperatorem ex certa sci-
entia & motu proprio foeminam e.g. neptem, excludendo
Dominum & agnatos proximiores à successione Feudi iis
nondum quæſiti, feudi capacem reddere, (*Covarr. Variar.*
resolut. L. 3. c. 6. n. 3. Petra de Jur. quæſ. non toll. c. 30. n. 43.) &
extraneum suæ familiæ ita aggregare posse, etiam invitis aliis
de ipsa familiâ, ut ipse aggregatus gaudeat omnibus privile-
giis & eminentiis & juribus familiæ *Francis. Nig. Cyriac. Contr.*
forens. 203.

§. XV. Societatis hujus ita constituta naturalis magis
quam civilis & inter alios celebris effectus est mutua inter
Parentes & liberos alimentorum præstatio dictamine regula
rationis & communi Gentium Jure satis munita *vid. Dn.*
Eichel. Tr. eleganti de jure quod natural. lib. & Parent. sibi in-
vicem sunt obſtricti P. 1. tb. 26. & P. 2. tb. 19. Et quidem li-
beris à Parentibus alimenta deberi expedite veritatis est,
quia qui causa sunt, ut liberi existant, hi quantum in illis est,
& quantum necesse est, prospicere iis debent de his, quæ ad
vitam humanam naturalem non modo, sed & socialem per-
tinent. *H Grot. d. J. B. & P. L. 2. c. 7. §. 4.* Jure naturali, ut dicunt
præceptivò *l. 1. §. 3. ff. de J. & J.* cuius omisſio ita vitiosa est, ut
qui nō alunt, necare videantur *l. 4. ff. de agnosc.* & alend. lib.

H 2

dum



60 DE POTESTATE EMINENTE
dum causam mortis præbent l. 15. pr. ad L. Corn. de secur.
atq; hinc pronō fluit alveō, nec Principē hanc alimentorum
præstationē impedire posse. Mart. Coler. Tr. de alim. L. 2.c. 12. n.
26. Cui sententia (1.) contradicit Vag. Tr. de success. P. 1. L. 2. §. 20.
n. 311. existimans eam jure positivō introductam esse sc. per
S. C. tūm Plancianum & aliud D. Hadriani tempore factūm
l. 1. l. 3. §. 2. de agnosc. & alend. lib. adeoq; facile tolli posse. Sed
contrarium satis evincit Grot. d. l. nec Jus Naturale ob acci-
cedentem Juris Civilis approbationem desinit Jus Naturale
esse, ideoq; nec simpliciter id Princeps mutare potest, sed
saltem quoad formale quatenus civile est, nō quoad materiale,
quod ratio naturalis præcipit. (2.) ē diametrō repugnat Auth.
ex complexu C. de incest. nupt. verb. nec alantur à Patre. Nos
tamen non movet, nisi ut dictis firmius inhæreamus: Con-
stat enim Authenticas Codici insertas nihil ulterius probare,
quam constitutiones, ex quibus operā Irnerii sint desumptæ;
Jam verò d. Auth. petita est ex Nov. 30. c. ult. quæ incestuosis
libris ea alimenta negat, quæ naturalibus cum aliquo respectu
ad Patrem debentur, non quæ naturæ indigentia exigit, inter
quæ maxima est differentia: His opus est ut vivamus; Illis
ut tanquam filii horum illorumve Parentum, aut hāc illāve
dignitate & qualitate ornati vivamus Jac. Mastert. de Just. LL.
Rom. L. 2. dub. 7. Concedimus igitur Principem alimento-
rum modum quidem præscribere, simpliciter tamen ea im-
pedire non posse.

§. XVI. Liberi etiam, vinculō licet minus arctō, (quia
magis affectur causa gignens erga genitum, quam genitum er-
ga gignentem Aristot. Eth. 8.) ad alimenta Parentibus præ-
stanta adstricti sunt, H. Grot. d. l. §. 5. Job. Baptiſt. Pontan. de
aliment. c. 9. Juris sc. non Naturalis communis cum omni-
bus animalibus, sed rationis naturalis, quæ veluti vigens inter
solos homines merito Jus Gentium appellatur, Mart. Coler.
de

PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. C. II. SECT. I. 61

de Alim. L. i. c. 4. n. 7. 8. seqq. & est quasi obligatio antidoralis, quæ liberos impellit ad eorum alimoniam & sustentationem, qui liberis ipsis ex procreatione præstiterunt vitam. Adeoque hic ferè idem, quod suprà, sc. quod nec hæc filiorum obligatio potestati Principis in Rep. subsit, assuerim, nisi quod, si bona Patris propter delictum fuerint publicata & confiscata, propriaque Principis facta, ipse tamen Princeps postea illa dederit filiis eō pacto & expressâ conditione, ut ex iis Patrem non alerent, sub poenâ amissionis eorum, huic conditioni parendum sit, & per indirectum filii à debito officiò excludantur; Pet. Surd. de alim. Tit. 1. qu. 3 num. 3. ubi in utramque partem late disputat. Restant plures hujus societatis effectus, quos una cum tertâ societate sc. herili brevitatis studiò siccò, quod dicunt, pede præterire cogor.

§. XVII. Tutela & cura ad statum quidem propriè non pertinet, licet in Inst. Tit. de Tute, & seqq. eō referantur. Ultraque Principis potestate dirigitur. Nam quod tutelam testamentariam attinet, partim ex privilegiò ultimarum voluntatum l. u. pr. ff. de testam. tut. partim ex præsumtō affectu paternō l. 3. §. 1. de administ. & peric. tut. quem nullus vincit l. ult. pr. C. de curat. furios. favor quidem ejus maximus est, & singulis præfertur, Princeps tamen magis utilitatem pupilli, quam scripturam testamenti meritò sequitur, l. 10. ff. de confirm. tut. ibique Brunnenm. Mev. ad Ius Lubec. L. 2. Tit. 17. art. 13. n. 11. aliumque magis idoneum tutoris testamentarii loco substituit, nec in eō derogat voluntati defundi, qui alium in testamento tutorem dedit; sed eam supplet potius, dum testatorem in idoneum tutorem non dedisse, si prævidisset, ex verisimillibus conjecturis colligit, optimeque pupillis prospicit. Plura de mutatione ultim. volunt. Vid. Sect. II. §. X.

§. XXIX. Tutela legitima respectu Juris antiqui alia dicitur

dicitur ordinaria, quæ desertur L. XII. Tab. solis agnatis, Jur. verò Nov. etiam cognatis, quippè ad quos non minus successio pertinet, quam ad agnatos, Nov. 118. c. 5. Extraordinaria, quæ speciali Principis rescripto deferebatur matri & avia l. f. ff. de tut. sed hodie ordinaria est d. Nov. 118. c. 5. nec interest siue creditrices sive debitrices liberorum illæ sint, nihilo minus tutelam recte gerunt Nov. 94. c. 1. ibid. Gothofr. lit. g. cuiuscunq; conditionis existant, adeo ut Principum (nō Electorum) & aliorum in Illustri etiam Regiā dignitate positorum tutrices esse possint matres, et si non succedant Henr. Neunhan. de jur. & privil. viduit. Sec. 30. lit. C p. 257. non aliter tamen nisi renunciaverint SCto Vellejano & secundis nuptiis Nov. 94. c. 2. d. Nov. 118. c. 5. lex enim adversus foeminas immoderatas atque intemperanets (binubas) præsumit, quod plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere soleant l. 22. vers. servietiam c. de administr. tut. proinde mulier per secunda vota ipso jure tutelam amittit d. Nov. 94. c. 2. in fin. quamvis maritus uxorem tutelam semper gerere testamento juss erit arg. l. 55. § 1. de legat. 1. Grid. Papa. Dec. 539. ita ut ad eam non detur regressus, si vitricus decesserit, arg. l. 29. de R. J. Per gratiam tamen Principis mater binuba in tutela perseverare potest Job. à Sande Decis. Fris. L. 2. Tit. 9. Dec. 3. Cravetta Conf. 18. n. 1. & Carol. Ruin. Conf. 125.

§. XIX. Tutela succedit cura, cui minor usq; ad Tempus lege definitum, ne ob fragile & adhuc infirmum judicium in perniciem Reip. re suâ male utatur, hodie subesse cogitur, ita ut neq; res suas sine præscitu curatoris alienare, neque ex contractu ob remedium restitutionis firmiter obligari possit, nisi veniam aetatis impetraverit, cuius forma describitur in l. 2. C. qui ven. arat. imper. immobilia tamen sine decreto alienare non potest d. l. 2. & 3. C. b. t. quia hoc majoris

PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. CAP. II. SECT. I. 63
majoris præjudicii est; atque per seculius requirit judicium,
quod non procedit à Principis clementia, *Menoch. Conf.* 227.
n. 49. *seqq.* *Francisc. Nig. Cyriac. Contr. Forens.* 207. n. 59.
Nihilominus tamen Principem non inquam immobilium
alienationem minori indulgere posse quidam colligunt, ex
*I. 2. C. quand. decret. non est op. quorum rationes vid. ap. Bo-
cer. de Regal. c. 2. num. 134. quò me brevitatis causa remitto.*

CAP. II. SECT. II.

De Potestate Eminentis Principis cir- ca causas ex Jure rerum.

§. I.

Debatō in tantum Jure personarum aggredimur Jus
rerum, quod Juridice & quatenus res personæ oppo-
tur, strictè sic dictum est facultas circa rem, quā vel res
ipsa afficitur, vel persona saltē obligata est & res dicitur
nobis deberi, *l. 3. ff. de O. & A.* Unde ratione Formæ du-
plex est; JUS IN RE ET JUS AD REM. Ex utrōque quā-
dem decerpere constituimus. Sed quia Jus in re Jure ad
rem nobilius est, merito illud primō loco tractandum, & li-
cet anfractuosas DD. lites de specierum numerō operose
non recensebimus, *vid. Hahn. dissert. de Jur. rer. C. 2. Conc. 14.*
ibique variorum vindicias. Dominium tamen primam, pro-
priam & potissimum Juris in re speciem esse, fantentur o-
mnes, hinc paulo latius illud examinabimus.

§. II. Et primo quidem de rerum qualitate & diffe-
rentiâ, atque inter alia rerum sacrarum & Ecclesiastiarum
occasione de secularisatione Principi omnino licitâ, occasio-
ne rerum mobilium & immobilium de pecuniâ, qua in re
mobilis.



64 DE POTESTATE EMINENTE
mobilis est nec feudi qualitatem recipit 2. F. 23. in f. Princ
eps vero Majestatis & superioritatis jure hanc eidem con
cedit & quasi immobilem constituit (Wann Er ans Fürstl.
Macht & Hoheit und Obrigkeit das Geld zu Lehn macht ihm
giebet die Art Natur und Eigenschaft des Lehns und die Natur
der Erbschafft benimmet vid. Illustris Dn. Struv. S. 7. F. c. 4. aph.
3. num. 20) plura dicenda forent, sed quia de priori extat Disp.
Dn. Maurit. inter Exerc. Jur. Pub. Dn. Fritsch. P. 3. Ex. 8. (vid.
insuper Dn. Fritsch. de Jur. necessit. Scit. 6. concl. 5. §. 5. Dn.
Stryck. dissert. de Salut. Pub. c. 4. n. 10. it. de monasterio infis
cum Principis redigendo March. Wesenb. P. 5. Conf. 220) & cau
fas posterioris Dn. Aug. Drachstedt / amicus noster integerrimus in Disp.
Inaug. de feudō pecuniariō, sub eodem Magnifico
Dn. Präside proximē habendā erudite satis & accurate ex
ponet, statim transeo ad acquirendi modos, qui vel Juris Gen
tium sunt, vel Juris Civilis.

§. III. In acquisitionibus naturalibus s. Juris Gentium
non diu laborabimus, an Princeps eas impedire & antever
tere possit, nam veritas in apricō est, quia permisit eas
quidem natura, sed salvā ratione societatis, salvo sociali or
dine, quem in primis natura praecepit, atque hinc oritur cer
tum legislationis civilis fundamentum Bæcl. in Comm. ad
Grot. L. 2. c. 2. §. 5. ad contraria resonat ipse Grot. L. 2. c. 8. §. 5.
Sic recte Princeps prohibet capturam ferarum, quam non
exerceri promiscue & ex privatō cuiusque arbitriō civilis
societatis interest, eamque sibi propriam facit non jure præ
scriptionis, qua ad docendos rudiores pertinet verba sunt Bæcl.
d. 1. sed superioritatis, Strauch. dissert. 6. th. 30. ideoque du
dum explosa est distiuctio Andr. Lipski à Lipe in fundō qui
dem publico, sed non privatō hanc facultatem Principi con
cedentis Cent. 2. Obs. Pract. 27. n. 13. vid. Carpzov. Pr. Crim.
P. 2. q. 34. Sie Princeps commoda fluviatrica Jus sc. alluvi
onis



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. C. II. SECT. II. 65
onis & insulæ vicinis prædiis auferre, sibiique & suis præfecturis assignare, vel incrementa hæc nascitura aliis concedere potest, vid. omnino Bapt. Aymo de Jur. alluv. L. 1. c. 10. ibid. Dn. Fritsch. in addit. add. Noe Meurer. Tr. von Wasser Recht P. 1. n. 9. seqq. Carpzon. P. 3. Conſt. 31. D. 13. n. 3. ubi in præjud. zu Folge höchstgedachtes Churfürst AUGUSTI Befehls/ den seine Churf. Gnaden der Werder halber / so künftig sich anlegen werden/ aus Churfürstl. Macht und Hoheit wohl thun können &c. & thesauros naturaliter quidem inventoris esse, in multis tam terrarum plagiæ soli Principi cedere docet H. Grot. d. L. 2. c. 8. §. 7. quibus effodiendis licentiam aliis etiam in fundo alieno concedere nulla Principe ratio prohibet. vid. Sixtin. L. 2. de Regal. c. 21. Menoch. de præsumpt. L. 5. præf. 30. n. 10. quamvis civili Jure aliud constitutum sit. I. un. C. de ches. L. 10. ibid. Gothof. in not. lit. q. in reliquis par obtinet ratio.

§. IV. Jure Civili & quidem per particularitatem acquiritur Dominium *usucapone*, *donatione* & *legato*. De usucapione ne justo prolixior sim, vid. Pet. Gilken. integ. Tr. Donatio licet ex ipso Jure Gentium descendat, certâ tamen ratione inter modos acquirendi Juris Civilis refertur à Justin. §. f. J. de us. & habit. Illustris Dn. Struv. S. J. C. Ex. 40. tb. 1. quatenus sc. si nimia est, insinuatione indiget, nam si ne insinuatione pro parte, quâ 500. solidos excedit, rescinditur, l. 34. C. b. t. quem tamen defectum Princeps in favorem donatarii, mortuô etiam donatore, in præjudicium heredis licite supplet, modo nondum adita sit hereditas, quia hoc casu heredi jus plenè quæsumum foret. vid. Bapt. Aymo. Tr. de Jur. alluv. d. L. 1. c. 10. n. 4. etiam aditâ hereditate hanc Principis confirmationem admittit Pet. de Petra Tr. de Jur. quas. c. 28. n. 42. c. 32. qu. 2. n. 36. p. 503. cuius sententiam tamen merito rejicimus.

§. V. Donatio, quatenus propriè accipitur pro ipsâ donatione,



66 DE POTESTATE EMINENTE
tione, sine traditione perfecta non est, perfectione sc. secundâ, acquisitivâ & dominium translativâ, quod sine traditione non transfertur, *I. 20. C. de paet. I. 15. C. d R. V.* At in donatione Principis secus est, quippe traditio naturaliter ad translationem dominii non requiritur, *H. Grot. d. L. 2. c. 8. §. 25.* sed habet Princeps potestatem transferendi dominium ad libertum voluntatis suæ, *Boer. Decis. Aur. qu. 42. n. 28. p. 112. Gylm. Synph. Camer. T. 1. P. 3. V. 8. n. 24.* ut enim lex transfert dominium, *I. 11. §. 2. l. 14 ff. de publican. & vedi gal. Auth. incestas, C. de incest. nupt. pr. sic & Princeps in ejus donatione, est enim lex animata, Nov. 105. c. 2. infin.* adeo, ut quamvis eadem res duobus per temporum intervalla donata fuerit, primus donarius in hujusmodi potior jure sit secundus, licet secundus prior in possessionem venerit, quæ sententia & in Cam. Imp. vid. *Gail. L. 2. obf. 55.* & apud exterios obtinuit vid. *Frantze. Bursat. Cons. 78. n. 6. Sixtin. de Regal. L. 1. c. 5. n. 37.* idque procedit etiam in venditione, investiturâ abusivâ, & quavis aliâ concessione non gratiosa, modo ex literis investituræ ea Principis voluntas satis appareat, quod in causâ Juliacensi latè dedit *Frantz. L. 3. Resol. 1. n. 37.* vid. *Fachin. variar. contr. L. 7. c. 33. Rosenthal. de feud. c. 6. contr. 10.* sed quia exorbitat à jure communi, Princeps id velle in dubio non præsumitur, *Co varr. variar. Resol. L. 2. c. 19. n. 3. Alvar. de Valasco Tom. i. Consult. 72. n. 2.* quam sententiam verissimam dicit Paul. Christin. *Decis. Belg. V. 1. Dec. 131.* atque ita in causâ investituræ abusivæ Comitis de Dost-Briesland an. 1534. in curia Belg. judicatum refert. Hinc cautelam tradit Hartm. Pistor. *L. 2. P. 2. qu. 20. n. 26. ibi: Erunt igitur cauti illi, qui ejusmodi investituræ (intellige abusivæ) impetrant, ut si imper current investituris inseri ejusmodi clausulas, ex quibz colligatur Princeps ipsi Dominium sine traditione concedere non posse. Hac enim ratione tui esse possunt, ne (quod saepius accidit) deinde alius similem investituram impetrando & possessionem praoccupando*



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. C. II. SECT. II. 67
pando Jus ipsorum invertat. De legatis inferius commodior
erit dicendi locus.

§. VI. Acquisitiones Juris Civilis universales variae sunt,
quas inter primaria est successio, quae fit vel ex testamento,
vel ab intestato. Testamentum est voluntatis nostrae justa
sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, &
quia testator prudentissimam legis sanctionem, quae pro eo
testata est vocando proximiore, quasi subvertit, firmum &
perfidum in eo requiritur Judicium, quod caret impubes,
indeque testari prohibetur l. 5. l. 19. ff. Et l. 4. C. qui testam.
fac. Hinc queritur, an contra hanc juris dispositionem Prin-
cipes impuberi testamenti factionem concedere possit? Nos
affirmamus. Qnamvis enim prohiberi videatur ratione na-
turali, de qua alias Princeps dispensare non potest, Bald. in l.
un. C. de confess. n. 55. Et in l. 7. C. qui admitt. ad bonor. poss. n. 4.
accedit, quod impubes impletat testandi veniam in tam tene-
rataate facile parentibus forte suis, vel aliis propinquis noce-
re posse propriam substantiam extraneis relinquendò, qua
ratio movit Imp. ut ne militibus id concessèrit, l. ult. C. de ren-
siam. milit. Nihilominus tamen nobis arridet contraria. Est
enim haec prohibitio à Jure civili, quod annos pubertatis de-
terminat, & quidem in genere, quia plerumque eadem
aetate vis major ingenii se exerit, talvā tamen semper Princi-
pis potestate & facultate arbitrandi, qui immaturis etiam an-
nis intellectu vigeat, testandi negotio par sit, præprimis
cum id statuto introduci posit, docente Bart. in l. 4. ff. qui te-
stam. fac. poss. n. 6. quidni igitur etiam à Principe. Nec
ulterius probant rationes supra adductæ, quam non facile &
indistincte omnibus id permittendum esse, quod largior;
nec præjudicium proximis cognatis hinc metuendum tan-
ti est, quod potestatem Principis arctius constringeret,
quippe iis jus quæsumum non est in impuberis bonis, nec Pa-

III. 2

I 2

renti-



§. VII. Sunt præterea, qui judicio pollent, organa tam
en obstant, quō minus eō uti & testari possint, ut mutus ac
surdus *l. 6.* §. 1. qui testam. fac. poss. nisi à Principe id impetrar-
verint *l. 7. ff. eod.* sed exoritur dubium, anne & is, qui naturā
utrōque simul morbo laborat, à Principe testandi facultatem
impetrare possit? Pro sententiā affirmativā militat genera-
litas *d. l. 7. ff. eod.* & arg. §. 2. *J. de milit. test. it. l. 4. ff. b. t.*
quos textūs de fūrdō & mutō naturā intelligit *Gloss.* & com-
munis *DD. schola*, si igitur militibus conceditur, etiam aliis
concedi poterit, eamque fovent *Alexand. in l. o. C. qui testam.*
fac. n. 4. ibid. Dec. n. 6. Vasq Contr. Illust. c. 103. n. 7. Sed ve-
rior contraria, quām defendit *Blasius Michalorius Jctus Ur-*
binas Tr. de caco, surdo & muto. c. 60. quia sc. naturā talis non
habet intellectum operativum circa incognita, nec potest
distingvere, aliud esse heredem instituere, aliud legare, aliud
fideicomittere, nō quod sola vocabula non discernat, sed ea,
quae per vocabula significātur *Vāt. de nullit. Tit. de nullit. ex de-*
fact. habil. e. n. 25. nostra enim cognitione ortum habet à sensu,
indē necesse est, si sensus defecerit, & scientiā aliquā deficer,
& cū sensus auditus mediantibus vocibus significativis ad ac-
quirendā rerum cognitionem reliquis potior sit, *Arist. de sens.*
& *sens. 1.* meritò qui caret auditu, intellectu operativu carere
dicitur. *Paris. V. 4. Conf. 63. n. 15. add. text. express. l. 10. C. qui test.*
fac. non poss. Quae singula satis evincunt, quam fluxa sit affir-
mantium sententia, nunquam enim (1) generalitas legum
nimium extendenda, sed ad terminos habiles restringenda
est, (2.) locō principii ponitur id, quod in quaſtione est, nam
§. 2. *de milit. testam.* & *l. 4. ff. b. t.* loquuntur de milite fūrdō
& mutō, non qui naturā, is enim miles esse non potest, sed
qui casu talis est, vid. *Vinn. in Comm. add. §. 2.*

§. VIII.

PRINCIPIS IN JUDICIO PART. SPEC. C. II SECT. II. 69
§. VIII. Ut testamentum firmiter susistat, non sufficit sola habilitas testantis, sed etiam requiritur legitimus testandi modus, & maximè, ne in tam celebri aequi quid falsitatis committatur, l.f. C. de fideicommissis adhibentur testes, l. 21. l. 28. C. de testamentis. quorum numerus dependet ab arbitrio principis, adeo, ut quamvis regulariter septem in solenni, & quinque in quavis aliâ ultimâ voluntate l.f. §. f. C. de Codicilli necessariò adhibendi sint, valeat tamen testamentum dispensante principe coram duobus testibus conditum, Ant. Fab. in Cod. Sabaud. L. 6. Tit. 5. def. 22. n. 1. quod etiam multorum locorum statutis obtinere testatur Virg. Pington. qu. 20. n. 42. seqq. Sed an Princeps testamentum eius, qui omnino testari voluit, sine solenni testium numero factum ex post facto ratum habere possit? dubia veritatis est. In negativam inclinat Ant. Fab. d. I Def. 2. ubi hanc facti speciem notatu maximè dignam contigisse refert: *Titius ob fallam accusationem in carcere iniquiores detrusus, cum gravissimo morbo laboraret, & ad confitenda peccata parochum, ad supremam veritatem ordinanda notarium testesque convocari flagitaret, utrisque tamen petitionis repulsa à commentariensi inhumaniter passus, quod is magistratus imperio prohiberi se diceret, ne quemquam omnino nisi imperatam prius veniam accedere pateretur, pallam heredem nuncupaverat uxorem suam carissimam, commentatori ipso cum uxore fratreque praesente, scripturam eam de recomitariensis mandante testatore consecerat subinde testatoris subscriptione propriâ firmatam.* Et recte quidem hocce testamentum per se subsistere negat, licet singulas Doctorum sententias hic latius perquirere, instituti nostri non sit. Sed in eo tamen sententia ejus durior videri posset, quod n. 21. hereditatem ab intestato successuris reliquendam esse censeat, quasi obstaret jus iis jam quæsumum, quô minus Princeps testamentum ex nudâ Juris civilis subtilitate invalidum con-

firmare
T. X.?



70. II. TO DE POTESTATE EMINENTE
firmare & ratum habere possit. Nam si ad invidiam Prin-
cipis pertinet, si vidua conqueratur, inde nasci occasionem
injuriaz, unde jura nascuntur, l. o. C. unde vi. merito ei in casu
proposito non aliunde forte ex exercitio publico aliquatenus
propiciendum & rectius a Principe exclusis aliis tota ei her-
reditatis massa tribuenda videtur. Cum cognatis proxi-
mis sine defuncti voluntate ad minimum præsumptam (vid.
H. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 7. §. 3. ibid. Bæcl. p. m. 246. 247.) in
bonis ejus ius vere non sit, aut saltem ex rigore competat,
quod Princeps tollere poterat pro libitu, vid. P. Gen. c. 2. §.
15. p. 23. quanquam his non attentis A. Fabrum sequatur Car-
prou. Ipr. For. P. 3. C. 4. D. 41. n. 7. 8.

§. IX. Requiritur denique, ut testamentum fiat de re
propriâ, unde l. XII. Tab. cœtum legitur: *Ut quis y. rei sua
legasset, ita ius esto.* in re igitur vel simpliciter aliena, vel quæ
saltem certò quodam respectu talis est, ut feudum, testamentum
non valet. F. 8. 2. F. 55. nisi in feudo novô consensu
Domini, aut Principis, qui ipse Dominus est, accesserit: quam-
vis enim sint, qui arbitrantur testamentum de quocunque
feudo, etiam antiquo conditum, si Domini Principis auto-
ritate confirmatum sit, subsistere, & agnatis præjudicare. And.
de Tern. in c. 1. 2. F. 39. & Decian. Vol. 1. Conf. 23. n. 37. Suspecta
tamen haec est sententia Vultej. Tr. de Feud. c. 9. n. 83. et si enim
Dominus in sui præjudicium testamento consensum accom-
modare possit, non tamen jure ex patris investituræ agnatis
quæsito quicquam derogare poterit, quâcunque potestate e-
mineat, nisi causa prægnantior sub sit, atque ita in Parlament-
to Parisiorum æquius fuisse judicatum refert Bodin. L. 1. de
Rep. c. 8. n. 100. siquidem Princeps eum, quem de feudo inver-
stivit, neque successorem ejus divestire potest, Hippol. Rim-
nald. L. 1. Conf. 94. n. 24. & ita Illustrem Fac. Jenens. ad consult.
Ernesti von L. zu S. Mensl. Mart. an. 1640. respondisse testatur
B. Du. Riche. P. 1. Dec. 4. n. 25. vid. Christian. Dec. Belg. V. 6. Dec. 27.
n. 30. seqq. §. X. Testa-



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. CAP. II. SECT. II. 71

§. X. Testamentis accedunt legata & fideicomissa,
vid. Strauch. diss. 10. cph. 1. quæ quidem omnibus modis ob-
servanda, c. ultimam qu. 2. ut regulariter nec per Principem
tolli, (Knipsch. de fideicom. famil. c. 8. n. 300.) nec contra
voluntatem defunctorum alienari & in alium usum converti pos-
sint, Bonacina SS. Theol. & U. J. D. Theol. Moral. Tom. 2. diss. 3.
q. 17. p. und. 8. §. 9. adeo, ut alienatio sit ipso jure nulla, nec do-
minium transferat, Gross. in 1. 17. §. 17. ff. de legat. 2. verb. ne id a-
lienarent. Et si à testatore certa quantitas pecunia ad cer-
tum opus pium perficiendum legata sit, eoque completò &
perfeccio si de quantitate quid supersuerit, residuum illud à
Principe non possit impendi in alium pium usum, sed resti-
tui debeat legatario, cui forte relicta fuerit tota quantitas ad
opus perficiendum, Job. del Cast. Controv. Jur. c. 8. Simon
de Praet. de interpret. ult. volunt. L. 1. sol. 13. & L. 4. dub. 3. n. 18.
(quod legatarius salvâ conscientia retinet, Covarr. de Testam.
c. 3. n. 10. & Vasquez de Testam. c. 8. §. 5. dub. 1. in fin. quia ita
satisfecisse videtur intentioni testatoris. diss. Mart. Bonacina
d. 1. §. 9. n. 5.) Ita Tiberius Cæsar Senatu tractante, an Trebjanis
legamat in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viæ
transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata vo-
luntas testatoris esset, Svet. in Tiber. c. 31. ne sc. impediatur
libera de re suâ disponendi, eique conditionem pro lubitu
imponendifacultas, quæ quasi jure naturali competit, §. 11. 3. de
R. D. & cui ita favent jura, ut pro lege voluerint haberi mori-
entiū elegia, Nov. 22. c. 2. pr. ratio continetur l. 1. C. de SS. Eccles.
Variostamen casus enumerat Francisc. Nig. Cyriac. Controv.
Forens. 160. n. 8. usque ad 20. & Controv. 364 n. 29. seqq. multoq;
plures Moneta de commut. ult. volunt. c. 9. n. 18. usque ad 355.
quibus autoritate & potestate Principis legata & fideicom-
missa, quâ unque conditione relicta, vel in torum, vel in tan-
tum mutari, vel relinquenda impediri possint, quo me re-
mitto



72 DE POTESTATE EMINENTE
mitto, add. Vincent. Fusar. de substitut. qu. 623. n. 2. ob majorē
rem sc̄. utilitatem, tūm publicam, l. 13. ff. de pollicit. tūm pri-
vatam, vid. Menoch. Cons. 656. nam illud non excedit rationa-
bilem defuncti voluntatem, Bonacina d. l. Quandocunque
igitur testatores legata & fideicommissa constituunt, eadem
videtur ejus conditionis fecisse, ut per Principem possint
mutari; atq; alienari sive lege sive testamentō prohibita Principis
permisso alienari possunt, dissidente quamvis Job. à
Sande Tr. de probibit. rer. alienat. in coronid. p. m. 256. multis
ibi citatis.

§. XI. De successione ab intestatō & aliis, quae ad JUS
IN RE pertinent, & partim ex jam dictis colligi possunt, latius
differere, non permittit, quae restat, dicendorum copia. JUS
AD REM seu obligatio oritur vel ex contractu, vel ex delicto,
l. i. ff. de O. & A. Contractus cuiuscunque generis volun-
tarii sunt, & sine consensu ac voluntate consistere nequeunt,
l. i. C. de rescind. vend. nec partes ad contrahendum cogi pos-
sunt l. ii. C. de contrah. empt. ne rescripto quidem Principis,
Gotbofr. add. l. ii. in not. lit. U. nisi certa Principis scientia
& voluntas in eō appareat. Principem enim libertati pri-
vatarum conventionum, si id Reip. expediat, derogare pos-
se, tam certum est, quam quod certissimum, Brunnem. ad d. l.
ii. C. de contrah. empt. Sic partes litigantientes in judicio, ut
earum pertinaciam refrenaret, ad transactionem & compro-
missum subeundum cogere potest, docente Magnifico Dn. Pra-
fide in laudatō Tr. de Grav. extrajud. c. 3. P. 2. Sect. 1. membr. 1.
§. 6. n. 2. & Castaldo Tr. de Imperat. qu. 100. quod negare vide-
tur Dn. Zieg. in Dic. Conc. 22. §. f. Sed licet princeps suum
cuique tribuat, neminique suum auferat omnibus æquali
jure justitiam administrando, id tamen procedit in casu re-
gulari, quando non obstat major utilitas & Reip. & litiganti-
um, quorum maxime intereat, ne anfractuosō litium stadiō
penitus



PRINCIPIS IN JUDICIO PART. SPEC. C. II. SECT. II. 73
penitus emensò & consumatis demum facultatibus ad trans-
actiōnēm tanquam ad sacram anchoram convolare necesse
habeant, sed ut maturè rebus suis consulant, cùm nunquam
desint remoræ, quæ causæ etiam expeditissimæ cursum re-
prehendant, ut merito quævis litis prorogatio dispensiosa
appellari possit, arg. Clem. 2. de iud. vid. Mer. P. I. Decis. 224.
Wesemb. V. 5. Cons. 23. & omnino Gail. de P. P. L. 2. c. 18. n. 9. seqq.
§. XII. Non nunquam Princeps totam obligationem peri-
mit ut in intercessione mulieris, l. 16. §. 1. ff. ad SCtum. Vellej.
vel si verè exorta est, vim ejus modis quibusdam suspendit,
vel mitigat. Suspendere vim obligationis dicitur concessis
induciis, l. 2. C. de prec. Imp. off. Ulr. Hub. de Jur. Civ. L. 1. C. 19.
§. 10. quas etiam contra juramentum concedere potest:
Licet enim actui jurato Princeps in dubiò haud derogare
præsumatur, c. 19. extr. de rescript. Manz. in Patroc. debit. de-
cad. 4. qu. 9. num. 54. ejus tamen dispensationi & relaxationi
etiam juramentem subjicitur, Cavallos Spec. aur. opin. comm.
qu. 188. maximè in terris protestantium, Carpo. in Asyl. debit.
c. 4. pos. 62. n. 51. seqq. & quidem in Imperiò nostrò id non
modo Imperatori, Reformat. polit. August. de anno 1548. tit.
von verdorbenen Kaufleuten. §. und nachdem. (non obstante
R. I. de an. 1654. §. dieser unserer. 175. in fin. ubi promisit Imperator se non velle concedere moratoria, quod intellige
promisicū, nam exempla adhuc hodiè docent, quod concedan-
tur, Myler. de Stat. Imp. c. 55.) sed etiam Electoribus & Statibus
quoad territoria sua competit, sic SERENISSIMUM ELECTO-
REM BRANDENBURG. non semel Statibus suarum provinci-
arū moratoria concessisse testatur Brunnem. ad L. 4. C. de prec.
Imp. off. n. 9 Quousque verò inducas eas Princeps extendere
possit, non inter omnes convenit: Id quidem constat, Princi-
pem non nisi publicā & maximā necessitate urgente rescri-
ptum concedere posse, ne quis teneatur ad solutionem debi-



74 DE POTESTATE EMINENTE

torum suorum, Schütz. de S. R. R. V. 2. disp. 9. th. 12. & saltem
quæritur an ultra quinquennium induciz concessæ valeant?
Quod negat. Ant. Fab. in Cod. L. 1. Tit. 19. Def. 17. & Paul. Christin. Dec. Belg. V. 1. Dec. 130. quia quæ pro majori tempore con-
ceduntur, videntur inducere amissionem juris, quippe per
spatium 10. annorum inducitur præscriptio sibi. 10. seqq. sed
valde dubito, an unquam, si vel ad 30. vel 40. annorum spati-
um (quod vix continget) induciz concessæ fuerint, tali casu
currat præscriptio, quia creditor cum effectu agere non po-
test, nullaque in eō est negligentia, multo minus si ad 10. an-
nos, quibus actiones personales non excluduntur, l. 3. C. de 30.
vel 40. ann. præscript. ideoque magis placet contraria, cum
nulla dari possit ratio, quare præcisè quinquennium sit con-
cedendum, quin potius certò tempore Principis potestas &
arbitrium adstricatum non sit, nec ob varias rerum circum-
stantias adstringi possit. Sic Civitati Goslariae octennales à
Ferdinando II. datas esse ex diplomate à Limn. in 7. Publ. L. 7. c.
19. n. 6. exhibitò & non solum Sereniss. Electori Palatino, te-
ste R. I. de an. 1654. sed & poste à Comiti in Naßau, Weilburg
& aliis ad vicennium concessas esse constat, vid. insuper Willh.
Ant. de Freudenberg Tr. sing. de rescript. morat. & Marc. Anton.
Cuch. Tr. ejusdem argumenti.

§. XIII. Effectum obligationis porrò suspendit Princeps, si debitori pauperi ob causam adverterlos facultatem solutio-
nis particularis invitò etiam creditore indulget, vid. Mev. P.
6. Dec. 384. licet id communī juri repugnet, l. 41. §. 1. ff. de usur.
l. 3. ff. famili. ercisc. quale quid R. I. de an. 1654. §. 172. constitu-
tum legitur, quod tamen certò modō personale privilegium
vocat Mev. P. 4. Dec. 345.

§. XIV. Mitigat obligationem Princeps, quando ex
causa rationabili cuidam concedit beneficium, ne in solidum
conveniatur, quod competentia dicitur, vel partem, quæ
forte



PRINCIPIS IN JUDICIO PART. SPEC.C. II. SECT. II. 75

forte opibus pollet, ad remissionem crediti parti egenti, auf
qua plane ad incitas redigeretur, si integrum præstet, facien-
dam cogit, quod Principem posse cenleo. vid. Lud. Dunte
Dec. Cas. cons. p. 18. Sect. 3. qu. 12. p. 438. ubi casum ita propo-
nit: Ob eine Obrigkeit/wenn eine betrübte Witwe/oder sonst eine
andere betrübte Person/welche für Gericht besprochen wird einer
Summa Geldes halber / welches ihr zuzahlen obliget / darüber sie
würde aus allen Schnüren kommen/und mit ihren Kindern ver-
derben / nicht schuldig sey dem Vermögern solehe Schuld gutes
Theils abzuschneiden &c. & Respondet: In diesem Fall tritt die
Obrigkeit billig zu/und wenn sie das Urtheil gesprochen / erinnert
sie den obliegenden Theil der Billigkeit / Güttigkeit / und Christl.
moderation, seget demselben auch ernstlich zu / daß er in Erwe-
gung aller Umstände vermöge Christlichen Liebe schuldig sey von
seinem Recht zu zweiche / und dringet also auf billige modera-
tion &c. Quæ uti de eo magistratu, qui Principe inferior est,
asserere videtur, ita magis obtinent in Principe, quem ad o-
mnia ea cives cogere posse, quæ virtus quælibet præcipit, &
maxime ad caritatis officia, licet non sint justitiæ propriæ di-
ctæ, supra recensuimus ex H. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 25. §. 3.
niv. §. XV. Qui delinquit, sua voluntate obligat se poenæ,
l. 34. ff. de Jur. sis. sicut qui vendit, etiamsi non de singulis di-
xerit, obligat se ad omnia ea, quæ venditionis naturalia sunt,
H. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 20. §. 2. & puniri potest à Prin-
cipe etiam lege poenali nondum latâ, Car. Emman. Vizzan. Tra-
de mandat. Princ. ad Nov. 17. c. 5. p. 177. add. H. Grot. d. l. §. 22.
nec non, si delictum atrocius sit, in damnum ipsius delin-
quentis boni publici causâ consangvinei & affines in bonis,
quia præsumuntur præstare auxilium delinquentibus con-
sangvineis, qui quidem delinquentes, cum defensores non
habent, faciliter extirpantur, arg. l. s. C. ad L. Jul. Majest.
(quam ab iniuitate à Grotio L. 2. c. 21. §. 13. insimulatâ vin-
cipio)

76 DE POTESTATE EMINENTE

dicat Mastert. de Just. LL. Rom. L. 2. dub. 62. vid. Reesn. L. 2.
Deet. i. Ricc. in l. 37. ff. de reb. aut. jud. poss. add. H. Grot. d. I. §. 16.
 §. XVI. Poena omnis in Principe arbitaria est; Gramm.
Deet. 36. Boer. *Deet.* 154. & ad mortem usque extendi potest, l. 13.
 ff. de pœn. l. 9. de extraord. crim. ibiq; Brunnem. n. 2. præprioris
 in delictis, in quibus maximè læditur humana societas: sic in
 castris Cæsareis an. 1595. ad Strigonium in eos, qui quid vel
 minimi pretii rapuissent, poena capitis fuit sancita, ut ex Thuc.
 ano L. 114. p. 608. refert Boel. in Comm. ad Grot. L. 2. c. 1. p. 24.
 seqq. & poena capitalis in furtô ferarum justè infligitur, quò
 magis enim delicta non committi societatis civilis interest;
 eò gravior & major poena à reo merito exigitur. Nec strin-
 git ratio, quâ inter alios utitur Andr. Lipskij à Lipe Cent. 2. obs.
Pract. 27. n. 14. nullam in eō esse analogiam, si homo propter
 feram capite puniretur; Nam in statuendis & æstimandis
 poenâ non ad damnum datum, sed magis ad actus vitiositatem &
 eò respicimus, ut finis obtineatur, quem cum Principes
 poenâ extraordinariâ nondum obtainuerint, capitali opus est.
 Quæ verò delicta nec directè nec indirectè ad societatem spe-
 ctant, merito Deo relinquuntur punienda, qui & ad ea noscen-
 da est sapientissimus, & ad expendenda æquissimus & ad vin-
 dicanda potentissimus, H. Grot. d. L. 2. c. 20. §. 20.

§. XVII. In injuriâ poenæ diversæ temporis successu
 constitutæ sunt: L. XII. poena talionis, quæ convenit Jur. Div.
Deut. 19, 21. Jur. Prætorio æstimatio; Civili jure poena extra-
 ordinaria institutâ accusatione criminali, quæ pari ratione
 non nunquam ad ultimum supplicium extenditur, vid. Carp.
 20v. *Pr. Crim.* P. 2. qu. 100. & Hahn. innot. ad Weisenb. h. t. n. 10.
 moribus denique recantatio s. palinodia introducta est, quæ
 non parùm gravat pudorem injuriantis, dum proprii oris
 confessione & testatione semetipsum mendacii arguere re-
 netur, Carp. 20v. d. P. 2. qu. 94. n. 17. imò infamia revocantem
 sequitur,



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. C. II. SECT. II. 77
sequitur, quod in for. Sax. expeditum est, propter rescriptum
Electorale de an. 1637. verb. nicht ohne Verkleinerung des wie-
derruffenden Theils ic. vid. Eckolt. adff. h. t. §. 27. alias reser-
vatione honoris in sententiâ opus non esset, Berlich. p. s. Con-
clus. 63. n. 33. seqq. Hinc si injurians officio publico præsit,
aut alia dignitate polleat, Princeps, ne per contumeliosam re-
cantationem dignitas & functio publica, ipsaque in eô Resp.
labem sentiat, injuriatum etiam invitum ad injuria remissi-
onem & concordiam cogere potest, Mev. p. s. Dec. 224. atque
ita Illustris Fac. Jurid. Jen. an. 1679. d. 18. Martii ad consult.
D. V. respondit: Ob wohl die Fürstl. Landes Ordnung lit. C.
 klar disponiret/dass der Schmäher dem Geschmäheten / mit fol-
genden Worten Abtrag Chir und Wandel thun solle. Was
ich geredet/daran habe ich gelogen/und euch öffentlich Unrecht ge-
than/derowegen bitte ich/ibr woslet ic. Dennoch aber und dies
weil beide Theile in vornehmen Fürstl. Diensten/ und nicht zu
leugnen/dass die palinodia dem revocanti höchstschmählig falle;
So ist es doch an dem / dass der Landes Fürst disfalls seine Ver-
ordnung zulimitiren außer Zweifel bemächtigt ist. V. R. W.

C A P U T III.

De Potestate Eminente Principis circa Formam Judicij.

§. I.

Forma Judicij consistit in Processu, qui est modus legiti-
mus in judicio circa causam in id deductam à judice &
partibus, vitanda confusionis gratiâ, observandus, *Illustris*
Dn. Struv. S. J. C. Ex. g. tb. 66. Estque vel Civilis, vel Crimi-
nalis: Civilis hodie vel ordinarius vel extraordinarius sum-
marius item executivus, nec non aliis in possessorio, aliis in
petitorio judicio. *vid. Strauch. diff. 21. apb. 1.*

K 3

§. II. Quam-



§. II. Quamvis quidem ordo judicij inevitabili necessitate, (ut confusio evitetur, & certa quædam regula sit, quam tuto sequantur Judices inferiores) constitutus & variis legum cancellis inclusus sit, de eo tamen vere sensisse videatur Diodor. Tuldens. Tr. de caus. corrupt. Jud. & remed. L. 3. c. 18. ibi: Profecto, qui nunc invaluit Judicij ordo, non ordo est, sed confusio, non processus, ut vulgo appellatur, sed ambages; non quasi discretus quidam limes disceptandi cognoscendiq; sed labyrinthum: Quæ via esse debebant ad cognitionem definitionemq; cause directissima, quid aliud sunt quam salebra quadam, in quibus insidias utrinque litigator disponat? Non haec ad directionem Judicis valent, sed ad deceptionem &c. Deinde pergit: Neque ignara hac Reip. moderatoribus: Cum non de aliâ juris parte plura iudicis constituant, quam de ordine instructuq; Judiciorum. Sed profecto hoc ipsum est oleum camino addere: quantoq; diligentior judicis ordo præscribitur, tanto corum impeditior erit ac tardior exitus, quia tantò plura semper de ordine litigandi, quam de statu litis disceptabuntur. Igitur non augendus Judiciorum ordo, sed minuendus, & tanquam profunda sit vaadenstase arborum horrida & licentia ramorum impedita, & grassatoribus, quam viatoribus oportunior securibus truncanda est ac recidenda. Quod laudati Autoris consilium tam sanum est, quam Reip. proficuum, ut cum legalis civilisque sapientiae principiis conferenti collectu facile: Cui tamen non in quovis Judicis inferioris, quoniam non arbiter, sed minister legum est, c. 3. diff. 4. aut etiam Principis, à quo provocari potest, vel cuius potestas pacis restricta, Illyris Dn. à Seckendorff im Teutischen FürstenStat. P. 2. c. 4. n. 4. ibi: oder ohne einige Form des Gerichts nach eigenen Sinn verfahren wolten/ hätten sich die Stände und Unterthanen des Landes dessen mit Fug zu beschweren/ auch in beharrlicher Unordnung bey der hohen ReichsObrigkeit um Vermittelung sich zu beklagen.

Elagen. Sed solum in summi & strictè sic dicti Principis iudiciorum locus relinquitur, qui ordinem judiciarium servare non tenet, *Dn. Ziegls. in Dicast. Concl. 30. §. 11.* sed causam quamcunque sine strepitu & de plano cognoscendam committere potest. *Pet. Ant. de Petra d. Tr. c. 28. n. 76.* Sed quia ordinis judicarii quædam requisita essentialia & substantia ex ipso jure Naturæ videntur derivata, dubium exoriri possit, quænam ea sint, & quo usque Principis potestas in iis mutandis & corrigendis pateat, quod nunc exemplis declarabimus.

§. III. *Quædam verò Judicium præcedunt, quædam in ipsò Judiciorū sunt; Quædam iudicium finitum sequuntur. Quæ Judicium præcedunt, vel substantialia sunt, vel accidentalia.* vid. *Illustr. Dn. Strut. S. J.C. d. Ex. 9. th. 67. 68.* Ad substantialia pertinet *citatio & libelli oblatio.* Citatio usque adeò necessaria censetur, ut neque à Statuto, neque à Supremo Principe tolli possit, ut pote quæ defensionem respicit; quæ à Jure provenit naturali. *Clem. pastoral. §. cæterum, de re iud. Vant. de Nullit. Tiz. de nullit. ex defect. citat. n. 9. Menoch. A. J. Q. L. 1. qu. 17. n. 5. Boer. Dec. 247. n. 7.* Contrarium tenet *Gloss. in l. 15. §. 2. ff. ex quib. caus. maj.* Nobis placet sententia media distinguentium inter citationem primam & ulteriores. Illa est juris Naturalis; Haec Juris Civilis. Princeps igitur eas in causis sive criminalibus, sive civilibus omittere potest, *Curt. Jun. Cons. 170. n. 17. Socin. V. 3. Cons. 120.* nam semel citatus invigilare deinceps tenetur causæ sua, *Hillig. ad Donell. L. 23. c. 2. lit. b. in not. p. 000.* atque sic d. *Clem. §. cæterum, de lite nondum coepit intelligenda est: Quam sententiam magis firmat observantia Cam. Imp. in quæ necessarium, ut reus ab initio ad totam causam citetur, *Myns. Cent. 4. Obs. 33.* & licet postea sine ulteriori citatione feratur sententiæ, appellare ob hoc non potest, vid. *Magnis. Dn. Praes. in sapè laudatō Tr. de Grouv. extraj. c. 3. p. 4. §. 8. n. 2.**

§. IV. Li-

§. IV. Libellus fundamentum causæ & ipsius judicii existit, unde & truncus appellatur arboris Judicariæ, sc. ut truncus totam regit arborem, ita etiam libellus totum regulat processum, *Vent. de Valent. in Parth. litigios. L. 2. c. 13. n. 17.* & requiritur in processu ordinariō, qualicunque actoris petitione in summario sufficiente; quia igitur, ut diximus, quævis causa ordinaria jussu & autoritate Principis, invitis etiam partibus, summariter & sine strepitu tractari potest, sponte sequitur, solennem libelli oblationem ad nutum Principis cessare, *Clem. sape de V. S. imò nec semper minus solenni opus est, sed reſcriptum Principis vice ejus fungitur, Vant. de nullit. Tit. de nullit. ex defect. proc. n. 20.* nec si adhibeatur in formâ solenni, ei ineptitudinis exceptio obstat, Principi enim vires libelli egreди licet, *Zoef. ad f. tit. de rejud. n. 47.* ut si coram eō una causa est intentata, & alia probatur, tamen judicare possit; quia solam veritatem attendit, *Egid. Boff. tit. de Princ. n. 74.* quamvis alias fatuus sit iudex, qui alter condemnat, quam fuerit petitum, *I. ult. C. de fideicommiss. libert.* De contumaciâ, dilationibus, feriis, aliisque accidentalibus præparatoriis nil attinet dicere, cum singula à nudō Principis arbitrio dependeant, præterquam quod nec Principis permisso actus judicarius in feriis divinis ordinariis expediri possit, nisi instet & urgeat necessitas, publicaque inde resultet utilitas, facile enim in hoc summi Numinis speratur venia, per quod multorum salus procuratur, *I. 10. C. de fer. Cavali. de brach. Reg. P. 2. n. 23.*

§. V. In Judiciō ipso partes procedunt ad litiscontestationem, quæ duplex est: solennis & minus solennis. Hæc in judiciō Principis prædictæ non exiguntur, æque ac libellus *d. Clem. sape de V. S.* Illa vero omitti nequit, ne quidem in possessoriis judiciis, nisi enim Judicii probè constet, quid partes negent, aut probent, in nullâ litis specie vel probatio integrum,

PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC. CAP. III. 31

jungi, vel sententia proferiri poterit, quod nec in Principe se-
cùs est, hæc enim in quôvis judiciò à litis contestatione regu-
lantur, eamque seqvuntur.

§. VI. Probatio in causis tûm civilibus tûm criminâ-
libus occurrit, & fit pér testes *l. 2. 3. ff. de test.* vel per instru-
menta, *arg. l. 11. C. de fid. instr.* aut alia fidem merentia; & re-
gulariter plena requiritur. Quæ verò plena sit, relinquitur
judicis arbitrio, *Carpzon. P. 1. C. 23. D. 4. n. 2.* & multò magis
Principis, qui facere potest, ut plenè credatur probationibus
minus legitimis, *Menoch. Q. 7. A. L. i. qu. 25. n. 2. Pet. Surd.
Dec. 312.* Sic non modo ipsi Principi soli & injurato, (*Fa-
rin. de test. qu. 63. n. 70. seqq. Illustris Dn. Seruv. Tr. de Jud.
c. 8. aph. 35.*) Sed etiam aliis testibus injuratis, si faltum per
scripturam, unter ihren Handschriften und Pitschafften/ sub fi-
de suâ deponant, autoritate Principis plena fides habenda est,
quod inter personas illustres & nobiles in Regnô Bohemiæ,
in Archiducatu Austriae, in Bavariâ & caliis locis singulari privi-
legiò & longâ observantiâ receptum esse, testatur *Gail. L. 1.
Obs. 101. n. 13. seqq.* non minus Princeps instrumento priva-
to, translumto, vel exemplo non solemni alicujus scripturæ
fidem tribuit, et si regulariter non probet pro scribente, *l. 7.
C. de probat. c. 2. extr. de fid. Instr.* quia enim valet statutum
disponens, ut eis fides adhibeatur, *Vivius Comm. opin. L. i. opin.
300. pr.* & vim habeat publici instrumenti, dum publicâ ntitur
autoritate, ut libri mercatorum, die *Handels-Bücher/ de
quibus vid. Gail. L. 2. obs. 20.* Multò magis id obtinet in Prin-
cipe, *diss. Ant. Pet. de Petra d. Tr. c. 28. n. 56.*

§. VII. Probatione utriusque partis perfectâ, dispu-
tationibus attestacionum judici exhibitis & causa conclusio-
ne factâ sequitur tandem sententia, quæ est Judicis pronun-
ciato cauile controverse decisionem continens: Et requiri-
tur, ut debitô loco à Judice partibus citatis proferatur, sitque

L juri,



32. III. DE POTESTATE EMINENTE

juri, libello, & actis conformis, alias nulla est, nec transit in rem judicatam, arg. c. 52. de R. I. in 6to. Sed ut Princeps his requisitis singulis derogat, (potest enim sententiam ferre super non petitis, *Gylm. Symp. Camer. Tom. I. P. 3. Vot. 13. p. 64.* n. 20, parte non citata, *Myns. Cent. 3. obs. 71. Gail. L. 1. obs. 75.* n. 1, ex sola ejus scientia actis contrariam, *Illustris Dn. Struv. S. J. C. Ex. 44. th. 5.*) Ita etiam sententiam ab inferiore latam, quamvis nulla sit, jure confirmat, *Petra d. Tr. c. 6. n. 25.* mandatum tamen judici factum, ut sententiam sub formâ præscriptâ faciat, ob in certas facti, ex quô jus oritur, circumstantias, non valet, sed censetur subreptitium.

§. VIII. Latâ sententia officium judicis expirat, *I. 55 ff.* de re jud. & si alterutra, vel ultraq; pars eâ acquiescere nolint, dantur remedia suspensiva, ex quibus appellationem nominasse sufficiat. Et quia appellatione iniquitas & imperitia judicis corrigitur, perquā salutare est hocce remedium, ut theriaca dicatur contra venenum Judicis, sœpe tamen & ipsum in venenum degenerat, dum protelandæ litis causâ frivole interponitur. *Dn. Zieg. in Dicast. Concl. 52. §. 21.* Huic igitur malo, ut Principes obviam eant, vel causas quasdam reddunt inappellabiles, *Mev. P. 3. Dec. 168.* vel appellationem plane tollunt, quod juri Naturæ minimè contrarium est, vid. omnino *Magnif. Dn. Praes. Tr. de Grav. Extraj. c. 2. §. 1. 2. Dn. Zieg. Dicast. concl. 23. §. 23.*

§. IX. Quando verò appellatio admittitur, appellatus gaudet beneficio nova non deducta deducendit, & non probata probandit, quod Jure Civili Rom. *I. 4. C. de tempor. & repar. Canonico, c. 10. extr. de fid. instrument. c. 17. extr. de testib. datum, Ordinatione Camerali P. 3. Tit. 33. §. im Fall aber n. & R. I. de an. 1654. §. Wie chemâsigur, 73. confirmatum, & fori consuetudine universali & ubique Gentium receptum est, *Gylm. Symp. Camer. P. 3. Vot. 16. n. 1.* ut si quid in agendo negotio*



gotiō minus se allegasse litigator crediderit, quod in judicio actō fuerit omnium, apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur *l. 6. §. 1. C. de appellat.* & jam exercitatis in judicio negotiis pleniorē subveniatur veritatis lumine, *d. 1. 4. C. de tempor. & repar.* cum facile fieri possit, ut aliquid in primā instantiā omittatur, à quo vel totius causæ victoria pendeat, vel quod saltem magnum ad eam adjumentum conferat, adeoque summā æquitate suffultum videtur, ac proinde magis dubium, an à Principe hoc remedium tam favorabile & utile invitis appellantibus extorqueri possit? Quā de re eruditè & accurate differit, *Ludolph. Hugo in Consule. de abus. appell. tollend. c. 4. seqq.* atque sententiam affirmativam rationibus sat firmis adstruit, imò hocce remedium tanquam corruptelam judiciorum & temeritatis litigantium folementum universo Imperio exitiosissimum radicitus ē judiciis extirpandum atque tollendum cenlet, cuius scrinia hic cumpilare nolo.

§. X. Appellatione aliōve remediō suspensivō non adhibitō sententia transit in rem judicatam, quæ pro veritate habetur, *l. 207. ff. de R. f.* atque inter partes jus facit, *l. 3. pr. ff. de agnos. & al. lib. l. pen. de re jud.* à quō recedendum non est, *l. 1. C. ebd.* quia non datur duplex veritas, hinc flosculi, quibus admodum superbit pragmaticorum cœtus, rem judicatam facere ex albō nigrum, & ex nigrō album, ex non ente ens, convertere verum in falso, & falso in verum, *vid. Dn. Zieg. Dicast. Concl. 35. §. 6.* Quamvis ergo regulariter nemo, ut causam semel decisam iterum agat, cogendus, nec sub obtentu Rescripti Principis, *Mev. P. 2. dec. 105.* quia exceptio rei judicata inventa est, ut litium sit finis, ne aliter modus litium multiplicatus summam atque inexplicabilem faciat difficultatem. Nihilominus tamen poterit Princeps tollere impedimentum rei judicatae, quod parti obstat, *Bad.*

equit. 197

L 2

in l. 1.

in l. 1. & fin. C. de sent. pass. & rest. Carol. Tapia in rub. de Const.
 Princ. n. 66. & facere, ut iterum discussiatur veritas causa jam
 decisæ, Pet. Ant. de Petra d. Tr. c. 25. n. 6. atque sic Philippo
 III. Regi Hispaniae adversus Ducem de Bejar responsum fu-
 isse refert Cavallos Spec. Aur. Opin. Comm. cont. comm. L. 4. q. v.
 fin. n. 376. & in simili Vincent. de Franchis Decis. 700. quod
 etiam probat Menoch. Q. J. A. L. 1. qu. 52. n. 4. & Brunnem. ad
 l. 2. C. ut lit. pend. n. 4. maximèque commendat Cavallos d. l.
 n. 384. ibi: *hac tene mente, quia sunt nova & practicabilia.* A
 nobis vero secedit Carpzov. Proc. Civ. Tit. 16. Art. 2. n. 11. per
 L. 16. C. de transact. & l. ult. C. sent. rescind. non poss. Sed pre-
 ter ea, quæ ex dictis jam colligi possunt, Resp. (1.) add. l. 16. de
 transact. aliam esse rationem transactionis, aliam rei judica-
 tæ, quamvis in eō cōparentur, quod utraque non facile re-
 scindatur: In transactione intercedit consensus contrahen-
 tium expressus, ex quō oritur obligatio naturalis, quam Princeps
 non tollit, nisi per legem universalem & ubi causa præ-
 gnantior subest. Ex sententiâ vero & re iudicata nunquam
 oritur obligatio naturalis vera; dum enim hanc non tollit,
 L. 60. ff. de condit. indebit. nam iudex non habet potestatem
 in Jus naturale, Brunnem. d. l. n. 2. nec inducit, cum facilius
 tollatur, quam inducatur, arg. l. 27. §. 2. ff. de pax. neque
 etiam dum litigator non provocat, statim consentit, nisi fi-
 cie & tacite, l. 3. C. quomodo & quando. Jud. c. 15. extr. de sent.
 & re jud. ille autem tacitus consensus non est naturalis, vid.
 Felin. in cap. 20. ex sr. de prescript. n. 4. (2.) ad L. ult. C. sent.
 rescind. non poss. Resp. quod in ejusmodi rescripto idem ob-
 tineat, quam in omni aliò, quod contra legem elicetur, sc.
 videtur subreptionis vitiò laborare, nisi clausula declarativa,
 non obstante, adjecta sit, tot. tit. C. si cont. jus vel util. ibique
 DD. quod omnino concedimus. Nec obstat ratio supra allata,
 ex l. 207. ff. de R. f. Sententia enim non est veritas, sed pro
 veritate

veritate habetur, *Dn. Zieg. Dicat. Concl. 35. §. 7.* Princeps verò non spectat rigorem juris, sed veritatem, indè non inquit agit, si non obstante rejudicata mandet de veritate cognosci, *vid. Riminald. Conf. 404. V. 3.* idque potestate eā, quæ alias dicitur *INSUFFLATIO SPIRITUS VITÆ*. Nam quamvis Jure Civili Rom. & passim constitutum sit, ut, tām primæ, quām secundæ instantiæ actus justæ temporis mensurā instruti, ne partes ultra modum litigent, & tempus reliquum materia temeritatis & pervicaciz sit, lapsu fatali prescribantur, & licet maximi præjudicii sit, ad eos non detur regressus, potest tamen Princeps cuivis peremptæ & enecatae instantiæ spiritum vitæ insufflare & lapsum terminum restituere, ut vigorem & autoritatem pristinam consequatur, *Boer. Dec. 247. n. 10. Dn. Stryk. in disp. Inaug. ad l. Amiss. 38. ff. de minor. c. 6. n. 5.* probationes post causa conclusionem admittere, deferræ appellationis causam sub incudem revocare, omnesque ordinis judicarii defectus supplere & terminos prorogare, qui alias prorogari non possint, ac si in termino prærogati fuissent; *Gar. Mastrill. L. 3. Dec. 192. num. 11. Natta Conf. 104. n. 3. 4.* ita tamen ut pars impetrans expensas parti contrariae restitutat, non vero si stetit per judicem aliumve, quo minus causa fuerit deducta. *Boer. d. l. Pet. Ant. de Petrad. Tr. c. 8 n. 25.*

§ XI In ordine Judicii possessorii & quidem possessio-
nis recuperandæ illud maximè decantatum & in foro fre-
quens est, spoliatum ante omnia restituendum esse & spoli-
antem non audiendum, nisi restitutis omnibus damnis, fru-
ctibus & expensis usque ad obulum; *c. fin. extr. de ord. cognit. c. 2. 5. 6. 7. de rest. spoliat. l. 7. C. unde vi.* cuius regulæ justitia & æquitas perspicua est. An igitur Princeps causam petitorii ante spoliæ restitutionem vel ipse vel per alios cognoscere poterit? Hoc negat *Paul. Christin. Dec. Belg. V. 4. Dec. 136.*

86 . III DE FOTESTATE EMINENTE

n. 1. & Matth. de Afflīt. Dec. Neapol. 403. n. 5. Sed licet quidem à spoliati restituzione nec autoritas Principis relevet; Dav. Mor. P. 9. Dec. 385. quia tamē dicta regula ad ordinem iure positivō institutum pertinet, cuius solennitatem Princeps licite remittit, arg. c. 4. ext. de concess. prabend. Dein nec aufertur, sed differtur restitutio, donec super meritis cognitum; atque dilatio à Princeps concetta valet, arg. l. 2. C. de prec. Imp. off. affirmativa sententia subscribimus, quam probant Ant. Thess. Dec. 15. Ricc. P. 2. Dec. 407. Cravetta Conf. 1. pro gen. n. 236. & ex eō Carpz. L. 1. Resp. 75. n. 11.

§. XII. In processu criminali inquisitio hodie remedium ordinarium est, Carpz. Pr. Crim. P. 3. qu. 103. n. 50. licet alias DD. de eō subtiliter magis quam utiliter disputent, vid. Aegid. Boff. Tr. de inquisit. n. 1617. & describitur, quod sit legitima judicis ex officio procedentis super delicto ad ipsum per certum denunciatorem, vel ex famā communi delatō indagatio. Illustr. Dn. Struv. Ipr. Rom. L. 4. Tit. 21. apb. 2. ac divisolet in generalem & specialem: Ad utramque requiruntur indicia (de quibus vid. Tr. sing. Crucis, Marc. Ant. Blancis, Anton. de Rosellū, Francisc. Bruni & Francisc. Casoni Gridonis de Suzario) & sine praecedentibus indiciis nulla est, nec confirmatur ex postea supervenientibus, Jul. Clar. Pr. Crim. §. fin. qu. 6. Roland. Vol. 3. Conf. 3. 12. & 30. existentibus. verò indiciis judex inquirere, & curare, ut & bonis fatis fiat factō vel exemplō lassis, ac metus adimatur, & mali terreatur, iisque purgetur Resp. l. 3. ff. de off. Praef. muneric ratione obstrictus est, adeo ut negligens ipsem se crimen non levi obstringat, Pet. Heig. L. 1. qu. 39. n. 24. Utrumque tamē fecūs est in Princeps: Potest enim motu proprio mandare inquisitōrem formari, nullā habitā indiciorum & diffamationis cognitione, Gloss. in c. 2. de accusat. in 6to. Dec. Conf. 175. n. 2. Me noch. Quo J. A. L. 1. qu. 78. n. 4, quippe arbitrium & Scientia Principis



Principis indicia supplet. Contra, qnamvis ex complicum confessione, famâ; aliisque indicis reus satis suspensus sit, Princeps tamē vi potestatis sua inquisitionem certis de causis non nunquam impedit & tollit literis abolitionis de super concessis, quales haud ita pridem à SERENISS. E-LECTORE SAXON. persona quædam cætera honoratior impertravit, seq form. Demnach der Durchlauchtigste Fürst und Herr Herr Johann Georg der Ältere/ Herzog zu Sachsen/Jülich/Elev und Bergf des H. Römischen Reichs Erz Mar-
schall und Churfürst ic. n. verschienene Zeit unterthänigsten Be-
richt erlanget, was massen N.N. zu N. N. sich verbothenen Wild-
preßschiessens an der Churfürstl. gehegten Wildbahn selbiger En-
den höchststraffbarer Weise unterfangen altermassen dann er N.
N. bey der darauff angeordneten inquisition dessen/ so er beschul-
diget worden/nicht alleine geständig gewesen/sondern auch unter-
schiedliche Personen/ welche darum Wissenschaft getragen/ und
von dem gesälleten Wildpreß genossen/ zugleich mit angegeben/
darunter auch insonderheit N. N. in N. N. nahmhaft gemacht.
Worauf denn nicht weniger auch gegen gedachten N. N. eine ge-
naue Erfundigung der Sache/ und leglich gar die inquisition entstehen wollen.
Alldieweil aber derselbe zu Entkommung so-
thaner inquisition zu einer Geld-Straffe sich unterthänigst er-
bothen; Höchstermelte S. Churfürstl. Durchl. auch auf sein
vielfältiges beweglichstes supplicirenden Proces aus Churfürstl.
Clemenz einstellen/ und die Geld-Straffe von ihm annehmen
lassen: So haben Sie numehro auf ferneres inständiges unter-
thänigstes anhalten über dasjenige/ so dißfalls vorgelauffen/ eine
gänzlich abolition in Kraft diß erheilen wollen/ der gestalt/ daß
nicht nur wieder mehr angeführten N. N. weiter nichts dieser Be-
schuldigung halber/ als welche nunmehr völlig abgethan/ und ins
Vergessen gefestlet/ vorgenommen werden soll/ sondern es soll
auch ihm an seiner Bewerbshaft/ solche ferner zu treiben unbe-
nommen/

88 IN DE POTESTATE EMINENTE

nommen/weniger aber an gutem Leyhmuß nachheilig seyn/noch auf einigerley Weise dahin gezogen werden. Allerdings dann wiedriges Falls / und da von iemand zur Ungebühr er N. N. oder die Seinigen hiermit angegrissen oder beschimpft werden wolte/ dieselbe Churfürstlichen Schutz und Amtung sich zu getrostet. Erenlich ic.

§. XIII Quævis vero inquisitio tendit ad eum finem, ut cognoscatur veritas de personis & factis, quam igitur solers & rerum peritus judex variis modis excutere allaborat, vel ab ipsò reo per articulos caute & circumspicere, non callide concinnatos, vel à testibus, quibus reus convincatur, quia nemo nisi convictus & confessus condemnandus, l. 16. C. de pæn. Farin. P. 3. oper. Crim. qu. 81. n. 1. dissimulatâ tamen fraude & colore quæsitô, aut spe venia reum ad dicendam veritatem inducere, inferiori Judici minimè licet, vid. Dn. Zieg. Dic. ast. Concl. 29. §. 3. seq. nec valet impunitatis promissio, quia hæc promittere in judicis potestate non est. Potest tamen Princeps uni ex pluribus delinquentibus impunitatem concedere, ut alii complices propalentur, vel capiantur, quoniam melius est in occultis parcere uni, ut cœteri puniantur, quam delinquentes in Rep. latitantes retinere. At reliquias eruendas veritatis modis omnibus potior est ipsius rei confessio, quia hæc, ut propriâ quasi sententiâ perit, l. 1. ff. de confess. ideoque ea, si aliter impetrari non possit, ab eqvuleo imposito extorqueri solet, modo indicia sufficiant, sine his enim & ex solo processu informativo id nec Principi omnino liberum est, Vincent. Corocc. Tr. de remed. cont. præjud. sent. Ex. 44. n. 145. add. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 301. n. 1. nisi Principi soli cognita sint. Contrà, si quidem indicia ad torturam sufficiunt, & reus insigniter diffamatus est, pertinaciæ tamen ejus & delicti atrocitatì non sufficere videtur tortura adhiberi solita, Princeps licite eam auget pondera pedibus addendo, vel



PRINCIPIS IN JUDICIO. PART. SPEC CAP. IV. 89
vel ignem, ut cereum accensum plantis pedum, aliisque tor-
mentorum genere. *vid. Cavalc. de brach. Reg. P. 3. n. 245. usq;*
dum expugnata contumacia & delicti veritate perspecta tra-
hitur ad supplicium.

CAPUT IV.

De Potestate Eminentia Principis circa finem Judicii.

Finis Judicii est executio, vel Civilis, vel Criminalis, sine
quâ brevi vilesceret & fieret elusoria judiciorum auto-
ritas: Utriusque forma in eô consistit, ut fiat legitimô
tempore ac modô. Et Civilis, si partes sententia acquiescant,
& re demum judicata, *l. pen. & ult. C. de execut. rei jud. pendente*
licet revisione locû invenit, quod non attentis iis, quæ prò
sententiâ contraria adducit *Gail. L. 1. obs. 154. n. 4. hodie per R.*
I. de an. 1654. §. nach Verathschlagung/124. satis expeditum est,
quamvis anteâ seculis fuerit, *deput.* *Recess. de an. 1600.* §. als auch
Streit für gefallen / Princeps verò currente etiam decendiō
sententiam suam exequi potest remediis suspensivis, quo
expenditior litium exitus sit, litigatori negatis, *vid. b. P. Spec.*
c. 3. §. 8. minus reliqua temporum intervalla (quæ sunt in a-
ctione personali J.C. 4 Mens. / f. §. 1. C. de usur. rei jud. Jure Sax.
terminus Saxon. in actione reali 14. dies,) in actu immissionis,
taxationis &c. observare tenebitur, nec diu laborabimus, an
Princeps executionem prorogandô spem victoris protelare
possit, cum id ex dictis *in P. 3. §. 10. dilucidè apparet.*

§. II. Magis dubium est, an unquam procedat Principis
executio nullâ præexistente sententiâ: Quod afferere
primô intuitu videtur absonum, valet tamen omnino in ca-

M

su,



90 VI. DE POTESTATE EMINENTE

su, quō quis re suā in poenam privatur à lege, ut vasallus commis̄a feloniam, contra quem sine præviā citatione, causa cognitione, & quod ad minimum requirebatur, sententiā declaratoriā fieri potest executio; Nam si sola requiriuntur sententia declaratoria, satis dicitur Princeps declarasse, ex quō facta executione feudum abstulit & alteri concessit: Quia voluntatem non verba tantum, sed etiam facta declarant, l. 33. ff. de leg. nec hoc casu tollitur defensio cum nulla subelt, Paul. Christin. Dec. Belg. V. 1. Dec. 88. n. 26. ubi ita in Curiā Belg. judicatum refert.

§. III. Modus executionis Civilis est, ut in actione reali res ipsa restituatur, si vero debiti solutio, vel aestimatio, aut interesse praestandum est, ut primò pignori cipientur & distrahanter res mobiles, post ad immobilia & actiones fiat progressus &c. vid. Coler. Tr. integr. de prot. execut. Carpzov. in Proc. T. 25. Art. 1. 2. exactè ubique observato ordine & sine violentia, alias executori de factò procedenti, de factò resisti potest, l. 5. C. de execut. & exact. L. 12. l. 5. C. de Jur. fisc. L. 10. ibid. Brunnem. n. 6. Klock. Vol. 2. Conf. 72. n. 7. nam dum Judex potestate abutitur, pro privatò habetur, & contra eum præsumitur, Job. Gracke Tr. de autor. privat. Class. 3. c. 5. n. 30. Sed Principi resisti nunquam potest, & si forte quid insoliti nobis per Principem contigerit, cuius ratio non statim appareat, arg. l. 20. ff. de LL. irrationalib[us] tamen non est, quia non censetur injusse agere, atque factum ejus haberi debet pro casu fortuito, Sebast. Medic. de cas. fort. qu. 13. n. 6. add. H. Grot. de J. B. & P. L. 1. c. 4.

§. IV. In executione criminali & poenarum irrogatione, ut causâ per quam arduâ ac summi præjudicij summâ Judicis prudentiâ & sollicitudine opus est, ut ordine demùm ad amissim ubique observatô, non temerè, ad eam procedat, Omnia verò maximè singulis defensionem tribuere debet

PRINCIPIS IN JUDICIO PART. SPEC. CAP. IV. 91

debet, etiam noventibus, nam qui inauditi atque indefensi pereunt, tanquam innocentes periisse videntur. Tacit. 13. Annal.

20. Principis tamen potestati relinquitur, non nunquam gladio legum nodos dissolvere, atque sine omni ordine, sententiâ & causâ cognitione non criminis, sed criminum suppliciones punire, Christoph. Forstn. ad Tacit. d. I. p. m. 307. si sc. sibi insidias strui sciat, & conspirationis audacia res in eum statum devenit, ut aut Principi pereundum sit, aut conjuratis, ea quae illorum potentia sit, ut nec capi sine periculô, nec teneri tutò possint, Forstn. d. I. Sic ALBERTUS WALLENSTEINIUS DUX FRIDLANDIÆ &c. Egræ an. 1634.

d. 15. Febr. trucitatus; vel si delictum manifestum, & re ipsâ probatum, naturalis verò processus ordo non nisi maximò Reip. periculô servari possit, delicto statim supplicium Princeps repræsentare potest, Bæcl. in diff. ad Tacit. 3. Annal.

20. cui sit. Judex unus & multi, ubi tamen non qualemcumque periculî ratiocinationem, sed quo posse Viri prudentis judicio prorsus satisfacere requiri censem. Et ANACRÆUS MARESCHALLUS GALLIÆ an 1617. jussu Regis duplice glande transfoßus, Gramond. L. 2. Histor. Gallie. p. 158. quamvis is ulciscendi modus non nullis displicuerit; Vel denique si delictum soli Principi cognitum, prolixa judiciorum religio & infinita judiciarii ordinis ceremonia, quæ haud raro justitiam opprimunt, possunt ab eo comitemni, exemplo HENRICI II. FRANCOR. REGIS, qui Italem familiarem in captali scelere deprehensum in carcere duci jussit. Is tadiò carceris ex albo rororum eximi, ac vinculis solvi, quando nullius criminis convictus ac ne accusatus quidem esset, desideravit. Praetor itaque curia cum tribus Judicibus Regem adeunt, causam ira requirentes. Rex offensus judicibus quasi fidem suam in dubium vocantibus, juravit, se hominem in nefario facinore apprehendisse, & ideo nocte insecurus iussu regis summe deru-



suis facinoris pœnas luit; quamvis Reip. exempla vindictæ publicæ habere & ne justitia in occulto fiat, intersit, vid. Ex. coll. Dn. Pet. Müller. in Praef. Dom Illust. c. 8. poss. 4.

S. V. Prætereat quævis delicto satis probato non remitti poenam facile utilitas publica postulet, ne temere ad maleficia quisquam profiliat, l. 14. C. de pœn. l. 51. ff. ad L. Aquil. ideoque a legum præscripto recedens judex in decernendis pœnis conscius criminis præsumitur, indeque infamis declaratur, ac eadem pœna punitur, quæ reus ipse puniendus fuisset, Farin. Pr. Crim. q. 17. n. 1. Virz. ad Nov. 17. c. 5. p. 177. nisi causa prægnans & legitima judicem à pœna per leges imposita recedere jubeat, quasi deficiat ratio, quæ legislatorem movit ad hanc potius, quam ad aliam pœnam statuendam, quod tamen solum obtinet in actu ferenda sententia, non post eam latam, tunc enim & quando de executione questio est, solus Princeps pœnam vel remittit, vel mutat. Idque libere quo ad interest fisci & publicum, in iis delictis, quæ divinō Jure capitalia non sunt, in reliquis si justa causa subsit, Carpz. Pr. Crim. P. 3. q. 4. 150. n. 30, quamvis talia sint, quæ societatem humanam maximè dissolvunt, ut sunt deprædationes, latrocinia, homicidia, raptus, adulteria &c. Sic in adulterio & incestu dispensationem locum habere ab Illustri Fac. Jurid. Jen Mensl. Jan. 1627. ad requisitionem des. Vippachischen Verwalters zu Obernitz responsum fuisse refert B. Dn. Richt. P. 1. Dec. 4. n. 30. ibi: Dieweil H. S. ein Chemann seine Stieff-Tochter Barbarum geschwängert so stehet es bey der hohen Obrigkeit ob dieselbe EX PLENITUDINE POTESTATIS zu Geld-Straffe kommen lassen wolle ic. V. N. W. & in crimine incestus & parricidii Mensl. Maj. an. 1621. in eodem collegio decimum fuit, Principem posse pœnam gladii remittere & mutare in perpetuam relegationem, ad requisitionem Praefecti zu Green in Ducatu Brunsvicensi; item pœnam ignis in

in pœnam gladii mutari posse Mensi Decembr. an. 1635. Jo-
hann Neuklen quæstori zu Gehren / responsum fuit teste Dn.
Richt. d. l. n. 3. non nunquam Princeps etiam pœnam ordi-
dinariam, aut eam, quæ ordinariâ non multò mitior est, mu-
tat vel in pœnam perpetui careeris, licet hæc poena Jure Civ.
improbata sit, l. 8. §. 9. ff de pœn. ibique Gothofr. quod plen-
tudinem arbitrii in Principe magis arguit, non excedit; Ea
enim, quæ pro negativâ adducit Menoch. A. J. Q. L. qu. 89. &
Befold in Delibat fol. 130, de judice inferiore intelligenda sunt,
atque ita Illustris Fac Jurid. Jen. an. 1678. respondit: Weil
nummehr inquisit auf vorgenommene territion erhalten / daß
als er den Entleibten N den tödtlichen Stich gegeben/was er ge-
gethan/nicht gewußt so wird er zwar mit der ordentlichen Strafe
des Todeschlages verschont/ jedoch aber gestalten Sachen und
Umständen nach nicht umbilg mit Staupenschlag des Landes
ewig verwiesen/ oder aber zur Verbüßung seines schweren Ver-
brechens in einem leidlichen Gefängniß Zeit Lebens erhalten V.
R. W. Vel in addictionem ad tricemes, aut ut in Hungariâ in
certo castellô limitaneo contra Turcas perpetuò militet,
Brunnem, ad d. l. 8. §. 9. ff de pœn. n. 3.

§. VI. Non vero invitâ parte offensâ, & quoad inter-
esse privatum, ne inde oriatur occasio injuriæ, ubi jura na-
scuntur l. 6. C. unde vi in quô omnes convenient, quos qui-
dem introspicere licuit, vid. Francisc. Nig. Cyriac. Contr. for.
L. i. Concr. 20. Barthol. à Chassaneo in Consuet. Burgond.
Tit. de Justices & droictz §. 5. il n. 9 graces p. 230. n. 163. & refert
duo egregia exempla Dan. Moller. L. 3. Semest. c. 31. n. 1. unum
IN AUGUSTO ELECTORE SAX. qui homicidæ pœnam
mortis ad aliorum intercessionem remisit & illud addidit:
Jus suum quidem homicidæ remittere, vidue autem & interemti
heredum nec se remittere posse, nec velle. Et in CHRISTIANO I.
qui ob excessum defensionis relegatum ad 8. annos, post-

quam triennium in exilio vixerat, restituit, audiens vero de eo heredes defuncti conqueri, & Jus, quod ex sententiâ acquisivissent, sibi auferri dicere; Senatus illius oppidi in quod relegatus redierat, rescripsit: ut & oppidò & ditionibus suis exceedere & ante finitum tempus in sententiâ expressum non redire juberent. & quamvis his maxima sua laus constet, varie tamen invitâ etiam parte offensâ poenam Princeps remittit & mitigat, e. g. si ex acerbâ mente partis adverlæ venia nō impetrari, ei verò aliter satisfieri possit, de quo casu loquitur *Ant. Thes. Dec. 21.* si major subsit utilitas; vel si poenæ pecuniariae parti applicandæ poena corporis surrogata fuerit, licet enim ab initio accusatoris interfuerit, tamen post factam commutationem poenæ pecuniariae in capitalem desit ejus interesse, quia corporalis poenæ persecutio ad vindictam publicam pertinet, non ad privatam, *Ant. Fab. in Cod. Sabaud. tit. de sentent. pass. & restit. Def. 1.*

§.VII. Hac DE POTESTATE EMINENTE PRINCIPIS, quæ singula JURIS; non ubique CONSILII sunt: Et bene discernanda est potestas ab ipso officiò boni Principis & distinguendum inter id, quod facere potest, & quod debet; sane non omne quod potest, indistinctè facere oportet & decet Principem, nec quod licet, omni tempore justum est, l. 144. 197. ff. de R. J. unde Cic. in Rabir. c 5. quid deceat vos, non quantum liccat vobis spectare debet, si enim quid licet queritis, potestis tollere è civitate quem vultis. Tabella est, que dat potestatem, occultat eadem libidinem, cuius conscientia nihil est, quod quicquam timeat, si non pertimescat suam. Nec statim inferior iudex mandatis fulminatoriis morem gerere, l. 20. C. de pén. sed ipsum Principem consulere debet, c. 5. extr. de re script. laudabil exemplo ANACRII PRÆSIDIS IN CURIA PARISIORUM, qui cum LUDOVICUS XI. REX GAL. LIAE edicta quædam iniqua in dictâ curiâ publicari jussit,

&



& curia recusavit, propterea, quod unicuique iniqua vide-
rentur, & REX sua iusta ingeminans minas adjecit, capitis
etiam indictâ poenâ, nisi curia paruissest, re intellectâ RE-
GEM adiit, coronâ judicum purpuratorum stipatus, non ut
culpam deprecaretur, sed ut mortem precaretur: Cum di-
ceret, se suosque Collegas mortem malle, quam legis propo-
fitæ promulgationem pati. Rex incredibili magistratum
fortitudine & constantia perterritus legem abrogari, & rescri-
ptum præsentibus judicibus lacerari jussit, referente Bodin.
de Rep. L. 3. c. 4. p.m. 404. Collectu facile est, quanti fuerit
ea res ponderis & momenti ad Regem in officio retinen-
dum. Imprimis ubi de sanguine hominis agitur, exemplum
innocentis TURNI HERDONII apud Liv. L. 1. c. 51. & AN-
TISTII PETRONIS à TARQVINO SUPERBO eversi apud
Dionys. Halicarnass. L. 4. Principes moneant, ne præsumtio-
nibus securius utentes imperio agant, ubi legibus agi potest,
Tacit. 3. Annal. 80.

Portum ita affecutus complico vela, & si quæ, CORDATE
LECTOR, Tibi minus verè & non ad palatum videntur
dicta, cum ratione corrigas, placide moneas, monitus meliora
sequar. Tuum, Nasutule, judicium pendo flocci, prasertim si
nondum propriarum virium feceris periculum. TIBI verò,
SUMME DEUS, pro gratiissimâ studiorum benedictione,
alijsq; beneficiis maximis immortales per solvo grates; TUO ALU-
XILIO eò pertendere licuit: TUO NOMINI ulteriora, si
vitam concesseris, consecrata volo, cuius GLORIA
ultimatus studiorum meorum.

FINIS.

Sphalmata extantiora.

In Præloq. lin. 8. disputat dele pro abusus, abusus, p. Gen. c. 1. §. 1. pro
dabent, habent, c. 2. §. 5. pro impertitus, impertitum, c. 2. §. 3. ibi vid. §. 3.
adde cap. 1. c. 2. §. 15. p. 24. lin. 1. pro d. 18. d. 13. reliqua suppletat B. L.
humanitas.

Si



Si mihi digna tuō meritō foret ulla
poēsis.
Implerent magnum carmina no-
stra librum.
Sed quia desvetus sum carminis, ap-
probo tantum
Sumtum propositum, consilium-
que tuum :
Successusque tuos summus fortunet
Jöva,
Succedatque Venus blandula!
Vive! Vale!

*Ita
ex votu Nobilissimi Domini RABII, J.U. Ddi,
Fautcris, ac Convictoris sui honorandi
auguratur*

M. David Lipach/ Eccl. Jen.
Archidiaconus.



99 A 6930

ULB Halle
002 822 520

3



Sh

W 17





B.5.
INAUGURALIS JURIDICA
DE
**ESTATE
ITE PRINCIPIS
UDICIO,**

QUAM
NCIPUM ANNUENTE,
ETO ET AUTORITATE
S ICTORUM ORDINIS,
ENTISSIMA SALANA,
ODERATORE
ICO ET EXCELLENTISSIMO,
**O CHRISTOPHORO
CKER O,**
ORE FAMIGERATISSIMO, SERE-
SILIARIO SPLENDIDISSIMO, FACULTA-
RIÆ ITEM PROVINCIALIS ET SCABINATUS
ISSIMO, MERITISSIMO QVE &c. h.t.
NO SPECTATISSIMO,
TRONO ET FAUTORE SUMMO HONORIS ET
CULTU AETATEM SUSPICIENDO,
LICENTIA
DOCTORIS IN UTROQUE JURE GRADUM
TE ET MORE MAJORUM LEGITIME
APESSENDI
NI ERUDITORUM EXAMINI SISTIT
GUS GEORGIUS Rabe/
Hal. Saxo.
RÆ CHRISTIANÆ M. DC.LXXX.
ORUM ACROATERIO
TINIS QUAM POMERIDIANIS.
ypis MULLERIANIS.